



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

Liber sextus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

COLLATIONVM
SACRARVM LL
BER SEXTVS.

DE VIRTUTE LIBERALITATIS, HOSPITALITATIS & beneficentiae in pauperes, & quomodo Deus saepenumero etiam in hac vita maximis praemijs & beneficijs affecerit illos, qui his virtutibus praecelluerunt.

Gregorius Turonen. lib. 5. cap. 19. hist. Franc. & Troopius lib. 17. rerum Roman. De Tyberij auctoritate liberalitate in pauperes, & quomodo Deus hanc eius liberalitatem etiam in hac vita maxime ree recompensauerit.

CAP. PRIMVM.

QUVM Iustinus Imperator animo sensu amens effectus esset, & per solam Sophiam Augustam eius imperium regeretur, Tyberium Caesarem elegerunt, vtilem, strenuum, ac sapientem, eleemosynarium, inopumque optimum defensorem. Qui cum multa de thesauris quos Iustinus aggregauit, pauperibus erogaret, & Augusta cum frequentius increpata, quod Rempub. redegisset in paupertatem.

diciturque, quod ego multis annis congrega-
 tu infra paucum tempus prodigè disper-
 git, nebat ille, non deerit fisco nostro, tantum
 pauperes eleemosynam accipiant, aut capti-
 uo redimantur. Hic est enim magnus thesau-
 rus, dicente Domino, Theaurizate vobis the-
 sauros in caelo, vbi neque ærugo, neque tinea
 corrumpit, & vbi fures non effodiunt, nec fu-
 rantur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus
 per pauperes in caelo, vt Dominus nobis auge-
 re dignetur in sæculo. Et quia, vt diximus, ma-
 gnus & verus Christianus erat, dum hilari di-
 stributione pauperibus opem præstat, magis
 ac magis ei Dominus subministrat. Nam de-
 ambulans per palatium, vidit in pavimento
 domus tabulam marmoream, in qua (vide I.
 nicam, c. nemini licere signum saluatoris
 Christi humi vel in silice, vel in marmore, aut
 in culpe, aut pingere) crux dominica erat
 sculpta, & ait: Cruce tua Domine frontem no-
 stram munimus & pectora, & ecce crucem sub
 pedibus conculcamus. Et dicto citius, iussit
 eam auferri, defossaque tabula atque erecta,
 inueniunt subter & aliam hoc signum haben-
 tem. Nunciantesque iussit & illam auferre.
 Qua amota, reperit & tertiam: iussuque eius
 & hæc auferretur. Qua ablata inueniunt magnū
 thesaurum habentem supra mille auri cente-
 naria. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc
 abundantius vt consueuerat, subministrabat,

Dd 7 nec

nec ei Dominus aliquid deficere permittere
pro bona voluntate sua. Quid ei Dominus
posterum transmiserit, non omitam. Nisi
ille dux Italiae, cum in quadam ciuitate domum
magnam haberet, in Italiam cum multis
fauis egressus, ad supra memoratam ciuitatem
aduenit: ibique in domo sua occulte cisternam
magnam fodit, in qua multa millia centena-
riorum auri argenti que reposit, ibique in
seclis conscijs, vni tantummodo seni tes-
tamentum condita commendauit, de qua
que Narsese, hæc sub terra latebant. Cum
supra dictis senex huius elemosinas accep-
ceret, pergit ad eum dicens. Si, inquit, mihi
aliquid prodest, magnam rem tibi Celestis
eam. Cui ille: Dic, ait, quod volueris. Prodest
enim tibi, si quiddam nobis profuturum esse
narraueris. Thesaurum, inquit, Narsese
conditum habeo, quod in extremo vite pe-
tus celare non possum. Tunc Caesar Tyberius
gausus, mittit vsque ad locum pueros suos
Præcedente verò senex, hi sequuntur ante
Peruenientesque ad cisternam, deopertam
grediuntur. In qua tantum aurum argente-
que reperiunt, vt per multos dies vix con-
retur à deportantibus. Ex hoc ille amplius
lari erogatione dispensauit egenis.

Mago Eberianus (qui claruit anno 1560. 1570. 1580.)
in lib. de regressu animarum ab inferis cap.
75. Ioan. Moscus Euiratus in Prælo spirituali cap.
191.



199. Ioan. Zonaras tom. 3. *Annal. De Euagrio philo-*
sopho, qui cum defunctus esset, miraculosè restatus est,
pro auro in pauperes erogato, centuplum à Christo
recepisse.

CAP. II.

A pud Alexãdriam Episcopus quidam virg
 admodum venerabilis, quendam in vici-
 na sua philosophum habuit, Euagrium no-
 mine: qui quidem quanquam gentilis fuisset,
 Episcopi tamen amicus erat, quia in philoso-
 phorum gymnasio exstiterat eius discipulus.
 Coniugi hæc historia temporibus Theophili patriar-
 che Alexandrini teste Mosco Euirato.) Hunc Epi-
 scopus ad fidem Christianorum promouere
 cupiens, ei salutis verba frequenter prædica-
 bat. Episcopo nomen fuit Synesius Cyrenensis vrbis
 Episcopus sub Alexandrino Patriarchæ.) Quibus
 cum nequaquã philosoph' caperetur, Episco-
 po pechibetur dixisse: Domine mi, inter om-
 nia mihi displicet, Christianos vos somniare,
 mundũ finiendũ, corporũ resurrectionẽ futu-
 rã, mercedes secundũ opera reddendas fore,
 asserẽtes insuper quod qui miseretur pauperi,
 generatur Domino, qui in nomine Christi
 pro animabus vestrorũ defunctorũ Christia-
 nis pauperibus subuenit, centuplum recipiet.
 Quæ omnia quoniam procul à verò sunt, lu-
 dicis & fabulis annumero. Verũ Episcopo
 confirmante multis argumentis nihil falsita-
 tis esse in dogmatibus Christianorum, disces-
 sit

642 COLLATION SACRA
sit philosophus: & huc multo post tempore
credidit episcopi prædicationi, atque baptiza-
tus est. Tandem aliquando cum rerum suarum
facturus esset rationem, accessit episcopus
atq; ait: Sume auri libras sexaginta, pauperibus
prout dixisti distribuendas, data syngagoga
quod à iudice Christo pro vna centum in illo
(de quo tanta sonas) sæculo recepturus
Quod cum Episcopus sine cunctatione fecis-
set, accepit pecuniam eo modo quo prædica-
rat philosopho, eam pauperibus erogavit.
Deniq; cum iam moreretur Philosophus
sit filiis suis, vt sibi chirographum pontificis
manu sepeliretur. His ita peractis, post dies
tertium Philosophus Episcopo in somno
paruit, dicens ad eum: Vade ad sepulchrum
ô Episcope, & recipe idiographum tuum
debitum omne recepi, neuriquã iam multo
ligaris, cum iam dudum à Christo centum
certè acceperim: quin etiam vt nulla te am-
guitas circumagat, propria manu subseripsi.
Obstupuit igitur Episcopus profusus, eorum qua
gesta fuerant ignarus. Qua de re sub dilectis
filios accersiri iussit philosophi, à quibus
didicisset verum esse quod in somnis videtur,
conuocato vrbis clero, perrexit ad monum-
tum. Quo aperto philosophum sedente cõsp-
cati sunt, manumq; protendẽtem cum literis
Quas vnus clericorum episcopi acceptatus,
de manu illius euellere nequiuit. Porrigebat
eum

enim episcopo. Pontifice igitur accipiente lite-
ra, Philosophus recubuit: Episcopus in con-
spectu omnium eas perlegit, tenor autem scri-
pturæ, quam paulò ante ediderat ipse Philo-
sophus, huiuscemodi erat: Euagrius Philoso-
phus sanctissimo Episcopo Synesio in Domi-
no gaudere. Noluerim te pater ignorare, quòd
pecuniam omnem, quam tibi adhuc in corpo-
re viuens dedi, centuplicatam, sicut mihi pro-
miseras, recepi. Quamobrem nulla debiti ra-
tione mihi adstringeris. His auditis obstupue-
rant omnes qui adstabant. Ast cautio, episcopi
haud negligenti iussione reposita est. Quare &
amicis manifestum est, quid sacratissimi cor-
poris oblatio, quid oratio, quid eleemosynæ
nobis conferant: Procul dubio peruersitatis
plumbum conuertunt in argentum sincerita-
tis. Cautio illa, inquit Ioannes Moseus, manu
philosophi subscripta, seruatur usq; hodie, &
in sacratio sanctæ Cyrenensis Ecclesiæ custo-
ditur, & quicumque sacrarij custos ingreditur,
hæc illi cū cæteris vasis sacris assignatur custo-
dicenda cum omni diligentia, qui deinceps sue
tessori suo integram illam inuiolatamque re-
stituatur.

*D. Gregorius Magnus lib. 3. Dialogorum cap. 1. Aug.
lib. 1. ca. 10. de ciuitate Dei. De S. Paulino Nolano
cuiusdam Episcopo, eiusque in captiuos & pauperes
admirabili liberalitate, qui cū se pro alijs in serui-
tutē dedisset, cū multis alijs libertati restitutus est.*

C A P.

DVm ſcipientium VVandalorum tempo-
re fuiſſet Italia in Campaniæ partibus
depopulata, multique eſſent de hac terra in A-
fricam regionem tranſducti, vir Dominus
Paulinus cuncta, quæ ad epiſcopatus ſuum ha-
bere poterat, captiuis indigentibusque ſer-
tus eſt. Cumque iam nihil omnino ſuper-
quod petentibus dari potuiſſet, quodam die
quædam vidua aduenit, quæ à Regis VVan-
dalorum genero filium ſuum in captiuorum
ſuiſſe ductum perhibuit, atque à viro Dei
ius pretiũ poſtulauit, ſi forte illius Dominus
hoc dignaretur accipere, & hunc concedere
ad propria remeare. Sed vir Dei magno
quod petenti ſceminæ dare potuiſſet
rens, nihil apud ſe aliud niſi ſe inueniſſe
tisque ſceminæ reſpondit, dicens, Mulier,
poſſim tibi dare non habeo, ſed me ipſum
le, me ſeruum iuris tui eſſe proſtere. Atque
filium tuum recipias, me vice illius in ſeruitu-
trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, in-
ſionem potius quàm compaſſionem credidit.
At ille, vt erat vir eloqueantiſſimus, & valde
exterioribus quoque ſtudijs eruditus, dili-
tanti ſceminæ citius perſuaſit vt audire crede-
ret, & pro receptione filij ſui in ſeruitium epi-
ſcopum tradere non dubitaret. Perrexerat
ergo vterque in Africam, procedente autem
regis genero, qui eius filium habebat, vidua

ageretur se obrulit, ac prius petiuit, vt ei filius
 conare debuisset. Quod cum vir barbarus ty-
 pho superbiæ turgidus gaudio trāstorix pro-
 spuitatis inflatus, non solum facere, sed &
 audire despiceret, vidua subiunxit dicens: Ec-
 ce hominem hunc pro eo vicarium præbeo,
 & solummodo pietatem in me exhibens mi-
 hi filium meum vnicum redde. Cumque ille
 venusti vultus hominem conspexisset, quam
 autem nosset, inquisiuit. Cui vir Dei Pauli-
 nus respondit, dicens: Artem quidem ali-
 quam nescio, sed horum bene excolere scio.
 Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum
 in nutriendis holeribus, quia peritus esset, au-
 dit. Suscepit itaque seruum, & roganti vi-
 duæ reddidit filium, quo accepto vidua ex A-
 fricana regione discessit. Paulinus verò exco-
 lendi horti suscepit curam. Cumque idem re-
 gū genere crebro ingrediretur hortum, suum-
 que hortulanum quædam requireret, & sa-
 pientem valde esse hominem videret, amicos
 cepit familiares deserere, & sapius cum suo
 hortulano colloqui, atque sermonibus eius
 delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam
 holera virentesque herbas deferre consueue-
 rat, & accepto pane ad curam horti remeare.
 Cumq; diutius hoc ageretur, quodam die do-
 mino suo secum secretius loquenti ait, Vide
 quid agas, & Vandolorum regnum qualiter
 suscipi debeat prouide, quia rex citius & sub-
 omni

omni celeritate moriturus est. Quod ille
 diens, quia ab eodem rege præ cæteris dilige-
 batur, ei minimè tacuit, sed quod à suo horti-
 lano sapienti scilicet viro agnouisset, indica-
 uit. Quod dum rex audisset, respondit illi
 Ego vellem hunc, de quo loqueris, hominem
 videre. Cui gener eius venerabilis Paulinus
 poralis dominus respondit, dicens: Virentia
 herbas mihi ad prandium deserte conficere
 Has itaque hunc ad mensam meam deponere
 facio, vt quis sit, qui mihi hoc locutus
 agnoscas. Factumque est, cum rex ad prandium
 discubuit, Paulinus ex suo opere holera qua
 que & virentia delaturus venit. Cùmque
 rex subito conspexisset, intremuit, atque
 eius domino sibi per filiam propinquo, et de-
 cretum quod prius absconderat indicauit, di-
 cens: Verum est quod audisti. Nam nocte hæc
 in somno sedentes in tribunalibus conu-
 iudices vidi, inter quos iste & simul sedebat,
 flagellum, quod aliquando acceperam, eorum
 mihi iudicio tollebat. Sed percunctare qui-
 nam sit. Nam ego hunc tantum meum virum pro-
 pulare, vt conspicitur esse, non suspico. Tunc
 gener regis secretò Paulinum tulit, & quæ-
 nam esset, inquisiuit. Cui vir Dei respondit
 Seruus tuus sum, quem pro filio viduae vice-
 rium suscepisti. Cùmque ille instanter requi-
 reret, vt non quid esset, sed quid in sua pueri-
 tuis fuerit indicaret. Atque hoc ab eo facta inter-
 uentione

one frequentis inquisitionis requireret, vir
 Deo constrictus magnisque coniurationibus
 non valens negare quid esset, episcopum
 fuisse restatus est, quod possessor eius au-
 tem valde pertimuit, atque humiliter obtu-
 ladicens: Pete quid vis, quatenus ad terram
 meam à me eum magno munere reuertaris. Cui
 Dominus Paulinus ait: Vnum est beneficiū
 quod impendere mihi potes, vt omnes ciuita-
 tes meae captiuos relaxes. Qui cuncti protinus
 in Africana religione requisiti, cum onustis
 frumento nauibus pro venerandi viri Paulini
 satisfactione in eius comitatu laxati sunt. Post
 non multos verò dies Vandalorum rex oc-
 cubuit, & flagellum quod ad suam perniciem
 dispensante Deo fidelium disciplina tenuerat,
 amisit. Sicque factum est, vt omnipotens Dei
 famulus Paulinus vera prædiceret, & qui se
 solum in seruitium tradiderat, cum multis à
 seruitio ad libertatem rediret. Illum videlicet
 imitatus, qui formam serui assumpsit, ne nos
 essemus serui peccati. Cuius sequens vestigia
 Paulinus ad tempus voluntariè seruus factus
 est solus, vt esset postmodū liber cum multis.
*D. Gregorij Magni homil. 36. in Euangelia. De
 Theophanio comite, misericordiae actibus dedito,
 eiusque felici & sancto transitu.*

CAP. IV.

Fuit in Centumcellensi vrbe Theophanius
 comes, vir misericordiae actibus deditus,
 bonis

bonis operibus intentus, hospitalitati per-
 pue studens. Exercendi comitatus actibus
 cupatus, agebat terrena & temporalia, sed
 post ex fine eius claruit, magis ex debito, quā
 ex intentione. Nā cum appropinquante mor-
 tis eius tempore, grauissima aëris tempestas
 obfisteret, ne ad sepeliendum duci posset,
 eumque coniunx sua cum fletu vehemen-
 tissimo requireret, dicēs: Quid faciam? Quo-
 do te ad sepeliendum eijcio, quæ ostium
 huius egredi præ nimia tempestate non
 possum? Tunc ille respondit: Noli multum
 re, quia mox vt ego defunctus fuerō, aëris
 serenitas redibit. Cuius protinus & vocem
 & mortem serenitas est secuta. Cuius manus
 ac pedes podagræ humore tumefcentes, & ve-
 si in vulneribus fuerant, & profuente san-
 gine putebant: Sed cum corpus illius ex more
 lauandum fuisset detectum, ita manus, pedes
 que illius sani reperti sunt, ac si vquam ve-
 neris nihil habuissent. Ductus itaque ac sepe-
 tus est, eiusque coniugi visum est, vt quarta
 die in sepulchro illius marmor, quod super-
 positum fuerat, mutari debuisset. Quod vni-
 licet marmor corpori eius superpositum dicitur
 fuisset ablatum, tanta ex eius corpore flagran-
 tia odoris emanauit, ac si ex putrescente carne
 illius pro vermibus aromata serbuisset. Hæc
 igitur dixi, vt è vicino exemplo ostendere pos-
 sem, nonnullos & secularem habitum gerere

& secularem animum nō habere. Quos enim
 in mūdo necessitas ligat, vt ex omni parte
 cuncta mundo non possint, sic debeat ea, quæ
 mundi sunt tenere, vt tamen eis nesciant ex
 moris fractione succumbere. Hoc ergo cogi-
 tas, & cum relinquere quæ mundi sunt, non
 cessis, exteriora bene exterius agite, sed ar-
 roter interius ad æterna festinate. Nihil sit
 quod desiderium vestræ mentis retardet, nul-
 lus vos rei in hoc mundo delectatio implicet.
 si bonum diligitur, mēs in bonis melioribus,
 ut est, in cælestibus, delectetur. Si malum me-
 ritur, mala animo æterna proponantur: vt
 illi esse cōspicit & amplius quod diligit,
 & amplius quod pertimescat, hic omnino
 non hæreat. Ad hæc agenda habemus media-
 torem Dei & hominum, adiutorem nostrum,
 per quem citius cuncta obtinebimus, si ad il-
 lum vero amore flagramus: qui viuit & regnat
 cum Patre, &c.

*D. Gregorius Magnus homelia 23. in Euangelia, De
 quodam patrefamilias, qui cū tota domo sua hospi-
 talitatem exercens, tandem meruit ipsum Christum
 Dominum hospitio suscipere.*

CAP. V.

Opinata res est valde, & seniorum nostro-
 rum nobis relatione tradita. (Ioan. Dia-
 cono li. 2. ca. 22. hæc refert de ipso S. Greg. Vide inf. ca.
 11.) Quidam paterfamilias cum tota domo sua
 magno hospitalitatis studio seruebat. Cum q̄
 quoti-

quotidie ad mensam suam peregrinos suscipere, quodam die peregrinus quidam inter eos aduenit, ad mensam ductus est, dumque per familias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in eius manibus fundere, conuersus ad eum accepit, sed repente eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit. Cumque hoc factum secum ipse miratus, eadem nocte ei Dominus per visionem apparuit: Cæteris diebus me in membris meis, hoc sterno autem die me in memetipso suscipite. Ecce in iudicium veniens, dicit: Quod vobis minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce in iudicium cum per membra sua suscipite, suscipite, & tamen nos ad hospitalitatis gratiam sumus. Pensate fratres, quanta hospitalitatis virtus sit. Ad mensas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi ad conuiuia æternorum valeatis. Præbete modo peregrino Christi hospitium, ut vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios recipiat ad regnum, cum adiuuante qui viuunt & regnat Deus in lætatione.

Ex vita S. Ioannis Archiepiscopi Alexandrini, per dictus suis Eleemon, id est, misericors sine Eleemoniarius, quomodo Troilum Episcopum suum ad liberalitatem & misericordiam induxerit, de præmijs illorum, qui in pauperes sunt liberales. Troilum auctor Simeon Metaphrastes, & cetera. Laurentio Suria tom. 1. Vit. Sanct.

Troilus Episcopus, cum esset auarissimus & parcissimus, hunc in modum à Ioāne Archiepiscopo & Patriarcha inductus est ad morem eleemosynæ: In Ptochotrophium, quod ipse cōstruxerat, vt solebat, vadens, assu- nit etiam Troilum. Cuius comitem cum co- gnouisset, habere in sinu triginta libras auri: Inquit, à te hodie curandi sanctissime Troile, nostri in Christo fratres. Ille autem tanquam eo sermone pudore motus, & volēs non existimari tenax & sordibus, sed potius simplex & liberalis, iubet ei, cui credita fue- rant decuniæ, vnicuique eorum, qui illic erāt, pauperum, præbere vnum nummum. Cum vero totum aurum iam fuisset consumptum, & aduentitius ille & non ex affectione ardor ad eleemosynam fuisset refrigeratus, grauis dolor & magna pœnitentia incescit inuolun- tarium benefactorem. Domum itaque reuer- sus inopinato horrore & febre correptus, de- cumbebat in lecto. Cum esset autem hora prandij, eum ad conuiuium inuitat Patriar- cha. Qui cum accepisset quemadmodum se haberet, & causam morbi non ignoraret, non sustinuit eum quidem despiciere sic vexari & pœni, se autem inire conuiuium: sed statim sug- gem ad ipsum venit, & dicit subridens: Ne pu- tes, o comminister, me tibi verè dixisse, vt è domo tua largiretis fratribus secundū Deum,

Es

sed

652 COLLATION. SACRAR.
sed quoniam tunc aurum non habebat ad me-
num comes meus, accepi à te mutuo. Non
verò adsum, triginta, inquit, libras ad te ante-
rens, quas etiam saluas reddo tue virtuti. Post-
quam ergò solum vidit aurum in manibus pa-
triarchæ, horrorem vicit, mala febris discedit,
vires ei redierunt, & visus est habens vulum
alacrem & viuudum: vt hinc fieret manifestum,
quod omninò redditum, morbum soluit, hoc
etiam primum ablatum, eum vocauit cum non
esset.

Cùm aurum ergo in illius manus dedisset
patriarcha, postulabat vt literis ei mercedem ce-
deret. Ille autem libenter sua manu confectam
syngrapham, quæ sic habebat: Deus misericordie
& clementie, ipsam mercedem reddo
Ioanni meo domino & patriarchæ Alexan-
driæ, triginta auri librarum, quæ à me fuerunt
distributæ pauperibus, ego enim mea accepi.
Patriarcha ergò accepto chyrographo, illum
quoque simul accipit, mensæ futurum parti-
cipem. Quem, cùm comedisset, dormientem
volens Deus excitare à graui somno auaritia,
& efficere vt sciret quanto fuerit priuatiore
muneratione, & disceret benignitatem, ei im-
mittit quodammodo ecstasim, & videbat
sibi videre domum quandâ pulcherrimam &
splendidissimam, quæ cū elegantia & magno
titudine nulla poterat conferri. supra vestibulum
autè inscriptus erat titulus aureis literis. Man-
sio



so & requies æterna Troili Episcopi. Postquam verò his lectis est lætatus, existimās donum sibi datam fuisse ab Imperatore, acceditque quidam insignis, & qui videbatur esse vultus ex senatu, habitu similis cubiculario, habens quosdam alios ante se ambulantes. Qui postquam appropinquavit vestibulo, adspiciens ad fores, iubet quamprimū deiici titulum: pro illo autem poni alium, quem inquit, iubet Dominus orbis terræ: statim autem fuit positus, hanc habens inscriptionem: Mansio & requies æterna Ioannis Archiepiscopi Alexandrini, empta triginta libris auri. E somno itaque surgens, obstupescit, exposuit patriarchæ visionem, & ipse suum vitium animaduertit, & mores mutauit, & facere eleemosynam ardentem est aggressus, & pro eo, quod erat prius parcus & tenax, ad dandum manum habuit promptissimam.

Simon Metaphrastes in vita eiusdem D. Ioannis Eleemosynarij. Habetur in tom. 1. Surijs memorabilis historia de Petro Publicano, qui prius immisericus & durus erga pauperes admirabilem induit misericordiam & liberalitatem.

CAP. VII.

CVM essem in Africa, habitabam apud quendam Publicanum valde quidem diuitem, sed admodū immisericordem, & pauperem: quod attinet ad misericordiam, cum

Ec 2 autem

654 COLLATION. SACRAR.
autem accidisset, vt tempore hyberno solli-
ceret calidius, pauperes simul congregati ca-
lore fruebantur. Vt solet autem in his euentibus,
domos eorum erabant, illas quidem quae erant
miseri cordum & sua communicantium, bea-
tes: eas autem quae possidebantur à pauperibus & ni-
hil elargientibus, miseram dicentes & execra-
tes, cum quibus, inquit, etiam meum conu-
merarunt dominum. Sic itaque inuicem in-
gabant, an aliquis vnquam illinc fuisset elemo-
sinae particeps. Cum verò nullus esset ex
omnibus, qui affirmaret se accepisse, vnus ex
illis: Sed quid, inquit, mihi dabitur, si ego die
die recedens illinc consecutus fuero misericor-
diam. Cum autem ea de re pacta conuenerunt
inter se fecissent, pauper cum fuisset ex ad-
verso vestibuli publicani, inuenit ipse hominem
trahentem nuclum pane onustum, ipsum
que venientem per viam, quae tendit ad aedem.
Cum ergo pauperem ex aduerso stantem vi-
disset publicanus, & solo tristi habitu paupe-
rantem eum ad misericordiam: neque enim
vel solam vocem audebat emittere, ne vtrum
irritaret alienum à misericordia: sic quoque
zore percitus, vno pane arrepto, & eo vltimo
quae lapide, iacit in pauperem. Quem ille pro-
tinus accepit, & abiens ostendit aliis, affirmans
quod accepisset ab ipsis manibus publicani.
Nondum duo dies praeterierant, & Publicanus
morbo correptus mortifero, cum mentis

habuisset extasin, videbat à se exigi rationem
 suarum actionum. Deinde etiam videbatur
 adesse trutina, vtraque discernens: in cuius si-
 nistra quidem lance videbat nigros congrega-
 tos, & multa eius turpia facta in lance depo-
 nentes. In dextero autem, viros quidem cadi-
 datos, & forma terribiles assistentes, nihil verò
 boni inuenientes, quod contra possent in lan-
 ce collocare, esseque mœstos & tristes, & dicē-
 tes: Nihil habemus aliud, quod apponamus,
 nisi panem illum, quem duobus ante diebus,
 & nec ipsum quidem sponte dedit cuidā pau-
 peri. Cum in altera itaq; lance eum imposuif-
 sent, fecerunt trutinam ex vtraque parte ex æ-
 quo propendentem. Tunc illi publicanus di-
 cunt viri candidati: Recedens adde huic pani,
 & operate. Nam illi, quos vides, nigri sunt ac
 accepturi. Cum statim itaq; experrectus esset,
 & ad se rediisset, agnoscit vera esse, quæ visa
 fuerant. Nam quęcunque ab ineunte ætate ab
 eo facta fuerant, & quorum iam erat oblitus,
 videbat illos æthiopes vtiq; congregantes,
 & in lancem imponentes. Quamobrem sæpè
 obstupefactus, Papæ dicebat, quanta est virtus
 eleemosynæ? Si enim vnus panis, isq; per irā
 pauperi proiectus, tātum potuit: à quam mul-
 tis malis se poterit liberare, qui hilariter bonis
 suis impartitur pauperes? Aded ergò munifi-
 ce vnus est eleemosyna, & tam abundè amba-
 bus, vt dici solet, effudit manibus, in ventres

Ecce 3 pau-

pauperum infundēs, vt postquam omnia profudisset, ne suo quidem parceret corpori, sed eo quoque aleret pauperes, vendita libertate, vt paulō post clarius ostendemus.

Ei enim eunti in telonium, occurrit natus nudus ex naufragio. Quem quidem cum vidisset, veste statim se exuens, quæ erat delicta & sumptuosa, ei donat, multum precatus, vt ea perpetuò indueretur. Ille autem partim quidem erubescēs vti veste magnifica, partim vti aliarum quoque rerum egenus, in foro proponit vt venderetur. Cùm autem reuerteretur Publicanus, eam vidit pendētem, magnificus affectus dolore, & erat tristis, reputans quod nō ei licuisset relinquere pauperi aliquod momentum suæ misericordiae. Hæc cum cogitaret, ei obrepit somnus. In somnis autem ad eum accedit vir quidam insignis, sole spectatior: crucem quidem habens in capite, nudus autem veste, quam ipse dederat natus. Qui cùm propè accessisset, Cur, inquit, ebas Petre (hoc enim erat nomen publicano) angustis & cruciariis? Ille autem perinde ac si nollet, quisnam esset qui loquebatur. Quoniam respondit, domine, quæ tu nobis abundè præbent, nonnullis sæpè impertientes, non videmus eos rectè vti iis, quæ data sunt, propter magnum lucrum. Ille nondum implebat orationem, & qui apparuerat ostendens ei vestem, & genitricem hanc, inquit? Cùm is autem affirmasset, ille

rus: Ecce, inquit, ex quo tu mihi eam praebuisti, ea perpetuo induor.

Postquam autem eum dimisit somnus, hæc mente agitans. Benedictus Dominus, aiebat: Si Christus videtur esse vnus ex indigentibus, non desistam donec ipse quoque sim vnus ex minimis. Statim ergo vocato procuratore domus, qui fuerat ab ipso emptus: Volo, inquit, tibi credere quoddam arcanum, quod si enunciaueris, aut nisi effectum reddideris quod volo, procul recedes à meo conspectu, & venderis in barbara regione. Hæc cum dixisset, decem libras auri ei tradit, quæ erant ei solvendæ ob negotiationem. Deinde, Me quoque, inquit, assume ad hanc negotiationem, (hoc enim arcanum) & cum me abduxeris ad partes sanctæ ciuitatis, illic me vende Christiano alicui tanquam mancipium. Quod autem ad te ex eo redibit precium, quantumcunque fuerit, detur pauperibus. Cum postquam diu institisset, vix tandem ei persuasisset, venit cum eo Hierosolyma. Quo in loco cum inuenisset quendam amicum, qui erat quidem arte aurifex, incidisset procurator (erat autem ei nomen Zoilus, qui propter aliquem casum redactus erat ad inopiam.) Seruus est, inquit, mihi valde bonus: quem si me audiens emeris, nihil erit impedimento, quod minus ad pristinam redeas felicitatem. Est enim non solum bonis moribus, sed etiam in fundendo auro

summè exercitatus. Fuerat enim Petrus hanc quoque arti summè deditus. Ille autem ita in medium adducens paupertatem, cum qua confistabatur, dicebat se non posse eum carere. Sed tamen ille verbis amici persuasus, & auro accepto foenori, cum zelo feruente pecuniarum triginta nummis. Quos cum accepisset procurator, iuit Constantinopolim.

Licet ergò videre eum, qui propter Christum voluntariam susceperat seruitutem, diligentissimè domino suo inseruiente in omnibus, quæ ad usum domus pertinebant, & omnibusque vacantem & vigilijs: quæ faciebant res domini incrementum acciperent, & retinerentur eius vltima, sicut lobo, magis quam priora. Qui etiam summam eius vultum venerans, cogitabat eum manumittere, etiamsi ille id minimè admiserit, volens potius in seruitute propter Christum perpetui, quam eum libertate quiescere. Sed quis dicere omnino potuerit, eas, quæ illi à maligno inferebantur, affectiones? Quicumque enim erant è familia, tanquàm emota mentis quæquam repellant, aliquando quidem enim irridebant, quando autem alapas infligebant, & non desistebant ei omnibus modis adferre molestiam. Quotiescunq; autem contigisset eum, contumeliosè à conseruis affectum, dormire cum animi ægritudine, toties ei assistebar in somnis, qui in Africa ab eo visus fuerat, ferensque eius

vestem, & precium triginta aureos habens in manibus. Ne sis tristis, aiebat, frater Petre, Ego enim tuum accepi precium, sicut prius vestē.

Intercessit aliquantulum temporis, & quidam, qui erant eiusdem cuius Petrus regionis, arte aurifices, voti causa & adorationis perueniunt ad loca veneranda. Quos dominus eius, ut qui essent eiusdem artis, domum ductos accepit omni benignitate. Petrus autem cum eis ministraret, & viros agnouisset, seipsum colabat pro viribus, & omnibus modis conabatur latere. Illi verò tanquam per figuram corporis eum indagantes agnouerunt. Et primum quidē inierse susurrabāt: dubitationem eis afferebat similitudo. Postquam autē illum ipsum esse apertē cognouerunt, communiter eum statim alloquentes, qui eos inuitauerat. Quid sibi vult, dixerunt, quod vir talis tibi ministrat, qui est vnus quidem ordinis senatorij, splendore autem nulli est secundus? Is enim, qui nunc nobis seruit in mensa, est Petrus Publicanus, de quo quidem Imperator magnum accipit dolorem, magnū autem senatus quoq; ut qui euauerit. Eos hæc verba dicentes, cum audisset Petrus, statim humi quidē iacit discū, quem habebat in manibus: cursu autem descendit ad vestibulum, in quo adstabat quidā adulescens ab ortu surdus & mutus, qui nutu poterat claudere & aperire. Cui Petrus, Tibi dico, inquit, qui es surdus & mutus, in nomine

E e s Christi

Christi Dei nostri audi me & aperi. Ille autē
 cut iubes, respōdit, & statim aperuit. Ille ven-
 eurrēs protinus est egressus. Deinde adiecit
 ianitor latus, narrauit quod ipsum fecerat
 miraculum. Dicebat enim se vidisse flammam
 ignis procedentem ex ore magni Petri & ve-
 res eius peruasisse. Quæ, inquit, cum meo
 circumfulsisset, repente fecit audire & loqui.
 Hæc cum narraret is, qui prius erat surdus &
 mutus, subiit omnes stupor & admiratio, &
 statim quàm maxima potuerūt celeritate
 gressi sunt eum persequi. Cum vbiq; a-
 scrutati essent, non potuerūt eum, quem
 rebant, comprehendere. Quamobrem eos
 gna subiit pœnitentia, & deplorabant, quod
 non magis animum attendissent: quo factum
 erat, vti Dei hominem tantis afficerent con-
 tumeliis, verberantes & insultantes, & ipsam
 quotidie irridentes.

*Nicephorus Callistus Ecclesiast. histor. lib. 18. cap. 14.
 De liberalitate Ioānis Eleemosynarij in pauperes,
 eim morte, & quomodo Imperator eius ligno leui
 vsus sit.*

CAP. VIII.

Ioannes Archiepiscopus Constantinopoli-
 tanus post episcopatus sui annos tredecim,
 ex hac vita decessit. Qui quod voluptates ex-
 pugnarit, animiq; perturbationes coërcu-
 sit, & imperium in ventrem exercuerit, narra-
 tus, hoc est, eiunator à Byzantijs cognomina-
 tus.

tuus est: vir ex idiotarum quidem ille, & opificii non inhonesti ordine progressus, sed qui propter præstantem virtutem ad episcopatus fulgur sublatum sit. De quo cum multa alia memoratu digna prædicantur, tum illud maxime celebratur, quod propter suam erga pauperes affectionem & misericordiam, pluribus ab Imperatore talentis mutuo sumptis, syngrapham illi dedit, qua substantiam suam mutuo pecuniæ tanquam hypothecam apposuit, atque impignoravit. Cæterum postquam is à vita migravit, Mauricius antistitis facultates inquirens, paupertatem cum magnopere conlectatum fuisse comperit: eumque de virtute tanta admiratus, syngrapham statim discepit: & lectulum tantum ligneum, qui in bonis eius repertus est, & amiculum laneum tenuè admodum, necnon penulam quandam deformem, (fuerat namque Ioannes malè vestitus, frugalitate vitæ conspicuus) in aulam imperialem inferri iussit, eaque rebus omnibus prætulit. Et ieiuniorum solemnium tempore deinceps, lectis ex auro & lapillis preciosis concinnatus, sericisque vestibus, & aliis imperialibus delitiis valedicto, ligneo præsulis eorum noctibus toris usus est, gratiam quandam divinam ex eo se consecuturum existimans.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarii, quæ habetur tom. 1. Laurentij Suriij. De clerico Bigamo, qui Ioanni Patriarchæ in penuria cõstituit

Es 6 ingen.

CVM magna multitudo eorū, qui manum
Persicam effugerant, confugissent Alex-
andriam, & esset magni alimenti penuria,
maximè quod nec illo tempore Nilus alle-
disset, vt consueuerat, & pecunia Ecclesie
essent consumptæ, coactus est ille magnas mu-
le libras auri mutuas accipere ab aliquibus.
Cum autem eas quoque consumpsisset, op-
tebatur magna sollicitudine, & Dei oratione
nignitatem, vt in rebus dubijs aliquam rem
excogitaret. Sed etiamsi ad tantam reditu-
fuisse inopiam, non fuit tamen victus à ca-
lamitate, non diuinas leges & sacras con-
tentiones affecit dedecore, nec intermissum
sibi gregem accuratè regere. Itaque
cum quidam clericus ex iis, qui secundas in-
opias contraxerant, abundans diuitijs, ve-
let consequi gradum diaconatus, *(Dignitas ad
maiores ordines ex veteri Ecclesia in summo, promo-
ueri non possunt.)* resciuisset autem has Paro-
chia angustias, & arripuisset tempus tanquam
opportunitatem, si pecuniis leuata inopia re-
queretur id, quod desiderabat, chartam re-
didit beato Ioanni, quæ sic habebat: Cum de-
cepissem angustias, in quas redacta est mi-
nifica dextera mei domini, non existimaui o-
portere me quidem degere in delicijs, & re-
rum

num abundantia, dominum autem meum re-
 ductum esse in angustias. Sunt apud me fru-
 menti quidem multa millia, auri autem cen-
 tum libras & quinquaginta: eas velim per te
 dare Christo, si tantum iudicatus fuero dig-
 nus eius diaconatu per sanctam tuam ordina-
 tionem. Inuentum est enim alicubi quid di-
 ctum fuisse apud Apostolum ex necessitate le-
 gis quoque fieri translationem.

Eum ergo seorsum accessit patriarcha, non
 volens multis presentibus eum afficere dede-
 core, & dicit ei: Tua quidem oblatio, o fili, est
 magna, & huic tempore necessaria. Sed est vi-
 tiola, & propter hoc ipsum non admittenda.
 Non ignoras enim, quod oues, quæ ex lege
 offerebantur, (*Leuit. 22. Gen. 4.*) si non essent
 vitij erpentes, etiamsi essent magnæ, non po-
 terant admitti ad sacrificiũ. Qua de causa nec
 munera Cain Deo fuerunt accepta. Illud au-
 tem, Ex necessitate etiam fieri legis translatio-
 nem, hoc ab Apostolo dictum esse seimus de
 lege veteri. (*Hebr. 7.*) Quid enim tibi videtur,
 quod situm est apud fratrem domini Iacobũ?
 (*Iacob. 2.*) Sic autem habet: Qui totam legem imple-
 uerit, in vno autem lapsus sit, esse omnium reum.
 Fratres autem nostros pauperes, etiamsi nos verse-
 mur in inopia, at qui aluit Deus vsque in ho-
 diernum diem, ipse eorum quoque de cætero
 curam geret, si modò eius mandata seruemus
 immobilia. Quid est enim, quod facere non
 E e 7 possit?

possit? aut quid sit difficile ei, qui quinque panes in deserto aliquando multiplicavit (Mat. 6.) si decem modios, qui sunt in meo horreo benedixerit eos, in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, o fili, conveniet illud, quod Simoni dictum est in Actis (Act. 1.) Non est tibi pars, neque fors in hac parte. Nondum ille dimissus domum re infecta redierat, cum Magno Ioanni significatur duas naues Ecclesie in portum appulisse, ferentes ex Asia multa frumenti millia. Quod quidem cum ille audiisset, procidens in genua, Deo gratias dicens: Qui requarunt dominum, et servavunt tua mandata, non minuentur omnia bona. (Psal. 33.) Quamobrem magnifico sacrificium nomen tuum, quod non permisisset servo tuo, ut tuam gratiam venundaret pecunia. Sed sic quidem in angustijs dilatatus vinclytus, non pro usu rerum necessarium prodidit accuratam regulæ observationem.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemynarij. Exemplum de eo, quod qui simplum datur propter Deum, centuplum recipit, etiam in hoc seculo.

CAP. X.

AD Magnum Ioannem aliquando accessit ad Ecclesiam, accedit quidam nobilis, cui fures quas habebat facultates dissipaverant, & qui sic erat ad extremam redactus paupertatem. Cuius misertus, quæ tam brevi tempore acciderat, inopia, iussit ei dari quindecim

cum libras auri. Ille autem, qui iussus fuerat
 dare, partim quidem cedens inobediētiæ, par-
 tum autem suggestioni eorum, qui admini-
 strabant res Ecclesiæ, tamquam non essent
 multa reliqua, utpotè quod nesciret Magnus
 Joannes thesaurum recondere, præbuit quin-
 que tantum ei, qui rogauerat. Beato autem Io-
 anni ex Ecclesia egredienti, mulier quædam
 vidua admodum diues, ei tradidit chartam, in
 qua scriptum erat donum quingentarum li-
 brarum. Quam cum legisset, intellexit ex ea,
 quæ in ipso habitabat, gratia, id quod non
 fuerat factum prout iusserat, de diminutione,
 inquam, quindecim librarum auri. Cum eos
 ergo qui id fecerant, accersiuisset, de eo exa-
 minauit. Cum ij autem de re gesta mentiri co-
 narentur, & non solum in re prius, sed etiam
 mendaces existere in sermone, eo ipso, qui ro-
 gauerat accersito, cum rescuisset eum acce-
 pisse solas quinque libras auri, ostendens illis
 chartam mulieris, A vobis, inquit, dominus
 est exacturus alias mille. Si enim vos quindecim
 libras, ut à nobis statutum fuerat, ei qui
 rogârat præbuissetis, mille & quingentas Deo
 præbuisset mulier. Ut autem factis fides fiat
 eius, quod vobis est incredibile, Accersite mi-
 hi, inquit, hanc piam mulierem. Cum ea autē
 accessisset, & aurum promissum attulisset:
 Die mihi, inquit Patriarcha, an tantum pecu-
 niæ statuisses Deo offerre ab initio. Illa verò
 cum

666 COLLATION. SACRA.
cū sensisset illum non latuisse id, quod fecer-
sum ab ea factū fuerat, magno metu correptus
vniuersum arcanum enunciauit, dicens: Re-
uera, mille & quingentas libras scripseram
in charta tibi data. Paucis autem post diebus
cū eā euoluissē, inueni mille nescio quo-
modo sua sponte deletas. Hinc iudicavi Deo
omniñō non placere, vt plures quingentas li-
bris offerrem. Hæc illis, qui audierant, ma-
gnū meum iniecerunt: & abeidentes
ad pedes magni Ioannis, petierunt vt sibi
mitteretur peccatum inobedientie. Illi autem
Christi amanti viduæ multam à Deo precata
benedictionem, dimisit B. Ioannes, vt abiret
in pace.

*Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij
Archiepiscopi Alexandrini. Quamvis in
uitate vsus sit D. Ioannes erga quendam pauper-
culam, atque item erga inopem quendam abo-
scemem.*

CAP. XI.

Ioannes Eleemosynarius cum iter aliquod
ad diuinos martyres Cyrum & Ioannem
precaturus, accessit ad eum quædam pauper-
cula, dicens se fuisse à genero grauissima
affectam, & se eius indigere auxilio. Cū
autem, qui erant eius vitæ comites, consule-
rent, vt dum rediret, viseret & confideret,
quæ ad eam pertinent. Misericors ille non
stinuit, dicens: Sed quomodo Deus attendet
meum

mens preces, si ego differo eius supplicationē?
 Quis autem fideiussert fore, ut viam vsque
 ad diem crastinum, & non, si ante eam mo-
 ratur, futurum me apud Deum inexcusabilem
 propter eius supplicationem: Hæc cum dixif-
 set, minimè recessit à loco, donec mulieri iu-
 ramentum reddidisset iudicium. Hic ergò qui sum-
 mam curam gerebat indigentium, cum audi-
 uisset de filio viri misericordis, quod cum pa-
 ter eius discessisset, is magna laboraret inopia,
 propterea quod pater eius quidquid habebat,
 libenter consumpsisset in pauperes: cum au-
 tem soli Dei parenti commendasset Mariæ,
 cuius templo assidebat noctu & interdiu: ac-
 cessit quendam iurisperitum & clanculum iu-
 ber, ut in veteri charta conscribat testamētum
 cuiusdam viri, nomine Theopempti, dicens
 ostendere, me & patrem huius pueri esse ve-
 ros & germanos huius consobrinos: & osten-
 dere puero exemplum testamenti, ut certior fa-
 ctus de ea, quæ illi mecum intercedit, cogna-
 tione, nihil formidet, sed audacter ad meam
 veniam humilitatem. Facta sunt autem omnia,
 sicut ei visum fuerat, & cum adolescente venit
 ad patriarcham iurisperitus. Scriptum osten-
 dit testamentum. Confitetur magnus ille
 cognationem, amplectitur adolescentem tan-
 quam germaniconsobrini filium germanissi-
 mum. Dat ei pecunias, possessiones, alias mul-
 tas facultates, coniungit eum matrimonio cui-
 dam

dam illustri scemine Alexandrina, & breui
reddit ex obscuro nobilem, ex abiecto
gnem, ex paupere diuitem: studens ostendere
esse verissimum diuinum illud verbum, quod
dicit se non vidisse iustum derelictum, neque
semen eius quærens panem.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij. Testamentum S. Ioannis Eleemosynarij.

CAP. XII.

CVM Ioannes Eleemosynarius in sua
ciuitatem peruenisset Amathuntem,
sic habebat: Ioannes humilis quidem ser-
uorum Dei, propter autem mihi imposi-
tam pontificatus dignitatem, gratia Christi
liber, Ago tibi gratias Domine Deus meus,
quod me dignum censueris, qui tua tibi offer-
rem: & quod ex mundi bonis nihil aliud
mibi reliquum, nisi tertia pars nummi, quam
ipsam iubeo quoque dari pauperibus, qui sunt
mibi fratres in Christo. Quando enim Dei
promissione creatus fui Episcopus Alexan-
driæ, inueni in meo Episcopatu circiter octo
millia librarum auri: ex oblatione autem pecu-
niam. Quas cum cognoscerem esse Christi,
Christo etiam dare volui, cui nunc quoque
trado animam. Cum hoc testamentum scrips-
isset ille magnus homo Dei, deposuit spiritum
in manus Dei viuentis. In cuius aeterna
sepul-

sepulchra sit miraculum, quod nulli cedit ex
 in, quæ vnquam facta sunt mirabilia. Nam cū
 et deponendus in æde oratoria admirabi-
 lum operum effectoris Tychonis, in quadam
 copla, in qua erant condita duo corpora Epi-
 scoporum, videre licebat hæc duo corpora
 mortua veluti animata, tribuere cultum bea-
 to corpori. Nam à se inuicem seiuncta, id me-
 ditum accipiunt.

Ex lib. 2. cap. 22. *vita S. Gregorij Magni, edita à Ioã-
 ne diacono Romano, qui claruit anno Domini
 872. habetur in Laurentio Surio 12. Martij. De
 hospitalitate S. Gregorij, quodq; liberalitate sua
 in pauperes, meruerit à Deo peruebi ad summum
 sacerdotium.*

CAP. XIII.

Tantæ hospitalitatis Gregorius in ipso
 etiam patriarchio permansit, vt exceptis
 his quos tam per diuersas regiones, quam Ro-
 mæ quoque Longobardorum perfidiæ gla-
 dios fugientes, Ecclesiæ stipe misericorditer
 nutrebat, quotidie ad mensam suam peregrini-
 nos quoslibet inuitaret, (*Vide eim Homcl. 88. in
 Euangel.*) inter quos die quadam vnus accel-
 sit, in cuius manibus dum ipse ex humilitatis
 ministerio aquam fundere vellet, conuersus
 viceum accepit: sed repente eum, in cuius
 manibus fundere voluerat, inuenire non
 potuit. Cumque hoc factum secum mira-
 retur, eadem nocte Dominus per visionem
 dixit:

dixit: Cæteris diebus me in membris me-
hesterno autem die me in memetipso iul-
pisti.

Alto quoque tempore idem Gregorius
iuxta consuetudinem suam præcepit sacellarium
ut duodecim peregrinos ad prandium invita-
ret. Qui pergens, iussa complevit, coeque ad
mensam pariter ordinavit. Dum autem ibi
discumberent, intuens Papa, tredecim nume-
ravit. Et accessito sacellario, cui contra iussa
nomen suam, tertiumdecimū invitare præce-
pserit, inquisivit, ille opstupefactus, comen-
tes pergrinnos curiosius numeravit, & duo-
decim solos inueniens, veluti securus reperi-
dit: Crede mihi, honorabilis pater, nō sunt
duodecim sicut ipse iussisti. Ergo dicitur
sapius duodecim identidem numerare, et
tertiumdecimū, quem solus Papa videre
terat, nō videret animadvertens spiritum
ter Gregorius, virum propius discumbentem
volens crebrò conuertere, & nunc adole-
tem, nunc verò se vetulum venerāda quadam
canicie simulare, finito conuiuio, duodecim
quidem abire permisit, tertiumdecimū ve-
rò manu suscipiens, in cubiculum suum iu-
xit, vehementer adiurans, ut ei se nomenque
suum simpliciter prodere dignaretur. Qui re-
spondens, dixit: Et cur interrogas de nomine
meo, quod est mirabile? Veruntamen scito me
memoria recognoscens, quia ego sum naufragus

CRAR.
 embis meis
 recipie sub
 Gregorius
 pit sacellar
 idum mite
 uit, colque ad
 autem un
 edecim nune
 contra rube
 tare praebe
 tus, conu
 raui, & do
 curus rupa
 r, nō sum
 dū cōuili
 umecere, u
 apā videt
 spiritum
 scum bene
 anc adole
 āda quā
 jo, duodec
 de ciam ve
 m suum mō
 se nō mō
 retur Quo
 de nō mō
 iū feto m
 m naufrag
 u
 He, qui quondam veni ad te, quando scribe-
 bas in cella monasterij tui ad clinum Scauri,
 cui dedisti duodecim nummismata & argen-
 team scutellā, quam tibi miserat cum infusis
 leguminibus beata Syluia mater tua. Et hoc
 tibi pro certo sit cognitum, quia ab illo die,
 quo mihi hæc hilari animo tribuisti, destina-
 te dominus fieri Præsulem sanctæ suæ Ec-
 clesiæ, pro qua & proprium sanguinem fudit,
 velle te successorem atq; vicarium Aposto-
 licum principis Petri. cuius virtutem imita-
 tus es, cū substantias offerentiū diuideret, pro
 ut cuiq; opus erat. (Act. 2. & 4.) Hęc audiens
 Gregorius, dixit, Et tu quomodo nosti, quod
 tunc me Dominus præesse sanctæ suæ Ecclesiæ
 destinari? At ille inquit: Quoniam ego Ange-
 lus eius sum, & tunc ab eo ad tuum inquiren-
 dum propositum destinatus. Tunc Gregorius,
 quia nondum manifestum viderat Angelum,
 profus expauit, sibiq; hunc taliter dicentem
 audiuit: Ne timeas, neque formides. Ecce e-
 nim remisit me Dominus, vt sim tibi custos,
 quandiu fueris in isto mortali sæculo? quate-
 nus quamecunq; rem petieris, per me apud
 eum fiducialiter valeas impetrare. Illic Gre-
 gorius in faciem suam corruit, dicens: Si pro-
 pter pusillum meæ paruitatis munusculum
 tanta mihi retribuit omnipotentissimus Do-
 minus, vt & Pontificem me sanctæ suæ Ecclē-
 siæ faceret, & custodem mihi suum Ange-
 lum

lum deputaret: quanta partem mihi restitui,
in præceptis eius totis viribus permanens,
ra studuero de pluribus erogare?

Igitur incipiens tanta largior esse de collatione
temporali commodo, quantum certior de re-
cipiendo præmio sempiterno, cunctorum pa-
trimoniorum præmiorumq; reditus, et Ge-
lasiano Polythyacho, cuius nimirum studio-
simus videbatur pedissequus, ad arant, et
que pensionibus in auro argentoq; collatione
milibus ordinibus Ecclesiasticis, vel palatii,
monasteriis, Ecclesijs, cœmiterijs, diaconis
xenodochijs, vrbanis, vel suburbanis, quorū
lidi quater in anno distribuerentur, Pasche
licet, Natali Apostolorum, Natali sancti An-
dree, natalitioq; suo Polythyachum, quo
atenus erogantur, indixit.

Extra quos, primo Dominicæ resurrectionis
diluculo, in basilica quondam doctissimi
Papæ Vigiliij, iuxta quam consuetudinaliter
habitabat, ad impertiendum pacis osculum re-
sidentis, cunctis Episcopis, prebyteris, diaconis
nibus, alijsq; axiomaticis, aureus erogabat. Na-
tali verò Apostolorum vel suo, mixtos so-
lidos offerens, peregrinis nihilominus reli-
menta donabat.

Omnibus omninò Kalendis, pauperibus
generaliter easdem species, quæ congeriebantur
ex reditibus, erogabat. Et suo tempore suo
mentum, suo vinum, suo caseum, suo legumina,

ardum, suo manducabilia animalia, suo
pices, vel oleum, paterfamilias Domini, dif-
ferentissime diuidebar. Pigmenta verò alibi que
decentiora commercia primoribus honora-
re offererat, ita vt nihil aliud, quàm com-
muna quædam horrea, communis putaretur
Ecclesia.

Tibus millibus ancillis Dei, quas Græci
ægypticas vocant, quindecim libras auri pro
quæternis dedit, eisque quotidianis stipen-
dis octoginta libras animaliter conferebat.
(*vide lib. 8. Epist. 1. 87.*) De quibus Theoctisto
aricio scribens; Harum, inquit, talis vita est,
que in tantum lachrymis & abstinentia di-
uitiæ, vt credamus quia si ipsæ non essent,
nullus nostrum iam per tot annos in loco
sociabisset inter Longobardorum gladios
perisset.

Quotidianis quibusque diebus per omni-
am regionum vicos vel compita, infirmis seu
qualibet corporis parte debilibus, coacta sti-
pendia per constitutos veredarios emittebat.
Secundioribus verò antequam ipse cibum
aperet, à mensa sua benedictionis Apostoli-
ce ostiatim dirigere curabat scutellam: ita vt
neminem prorsus exciperet misericordissimi
prouolentia prouisoris, quem ad finem tra-
xerat omnipotentis cognitio creatoris.

Horum dum quendam pauperem in angu-
stia Audronarum recessibus à vespillonibus
inuen-

inueniri mortuum contigisset, assumans eum
stipis inopia perijsse, ita per aliquot dies, re-
ditur, à missarum celebratione vocando in
status est, tamquam si eum proprijs manibus
(quod dictu nefas est) peremisset.

Exstat vsque hodie in sacratissimo Latera-
nensis palatij scrinio, huius confectum tem-
poribus chartaceum prae grande volumen, in
quo communis sexus cunctarum aetatum et
professionum nomina, tam Romae, quam per
suburbana ciuitatesve vicinas, necnon longin-
quas vrbes degentium, cum suis cognomi-
bus, temporibus, & remunerationibus expre-
sius continentur.

*Christianus Massæus libr. 16. Chronicorum. De Carolo
Flandriae comitis & martyris admiranda in po-
peres liberalitate, martyrio & miraculis confectum.*

CAP. XIV.

ANNO 1123. asperissima fuit hyems, Iun-
gerent arciores, & imbribus sata perirent. Scel-
ta fames intolerabilis in Gallia ferme diebus.
Quo nobilis illius Caroli Flandriae comitis li-
beralitas admiranda patebat: qui quotiescu-
mque petenti panem integrum dari fecit: non ve-
semel apud Ipram vna hora octingenti pau-
peres totidem panes acceperint: Praeterea con-
suetudo illi fuit, omnibus ferijs sextis tredecim
pauperibus, tredecim tunicas, tot paruos
calceorum, tot subuculas lineas largiri, Ipse

vero iisdem ferijs (nisi præcipuum festum in-
 cidisset) in pane & aqua ieiunabat. Indutus
 cilicio, nudis pedibus, tunica talari, ne facilè
 pedum nuditas videretur, ad Ecclesiam ma-
 gis properabat. Illic ad meridiem vsque deuo-
 tioni deditus permanebat. Interim ex princi-
 pijs eius duo, Præpositus sancti Donatiani,
 & Præpositus aulæ coëmerunt maximã fru-
 menti copiam, vt venderent ad libitum suum.
 sed Carolus fecit illis reddi pecuniam: frumẽ-
 tum verò distribuit indigentibus, alijs gratis,
 alijs competenti pretio. Quod dicti mercato-
 res zgè tulerunt, & ex illa die in mortem do-
 mni conspirauerunt. Itaq; 2. Martij fer. 6. In-
 dict. similiter 6. in templo sancti Donatiani,
 summo altare legentem psalmum Mi-
 serere, necauerunt ipsum fisso capite, & ampu-
 tato brachio dextro, Cuius preciosa mors ili-
 to miraculis ostensa est. Sepultus in Ecclesia
 sancti Christophori, iacuit à 6. Martij vsq; ad
 sextam Maij, quæ fuit secunda Dominica à
 Paschæ. Qua fuit ab Episcopo Tornacen-
 si, præsentente Ludouico Grosso rege Franco-
 rum leuatus, translatusq; ad sanctum Donatia-
 num, adeo suaue redolens, vt apothecam aro-
 matum crederes. Interfectores eius, partim
 Wilhelmus vicecomes Iprensis occiderat,
 partim rex ipse morti tradidit.

De hoc Carolo Comite Flandriæ eiusque
 finibus & obitu, plura scribit Iacobus Me-
 ff ijerus

ijerus libro 4. Annalium Flandria: sub iungit
que hoc miraculum, Apportatus est ad fons
Caroli ab Rengero Telone, debilis quidam
adolescens Rogerius nomine, omnibus mem-
bris contractus, qui principis ad motum oppo-
ri, subito sanus ac validus in pedes suos sa-
dans Deum subsiliit, quo protinus miraculo
Helias Decanus Brugensis, Trumoldensis Ec-
clesiæ Furnensis Antistes, cum multa, que pe-
riter adfuit plebe in legitiam effusi, tempore
fabant æra, osculo contingere corpus, ac
nihil capilli eius barbæque ac vestrum ab-
mere gaudebant: vti ea inter domestica ali-
warent sacra.

*Nicephorus Callist. lib. 12. ca. 24. Ecclesiæ de
uxore Imp. Theodosij Placida, eiuq; virtute
magna in pauperes pietate.*

CAP. XV.

Theodosius Imperat. plurimum equitum
Ambrosij doctrina & constitutionibus
est delectatus. Non parum verò occasio
utilitatis ei, ad pietatem scilicet etiam, con-
lit eius conjunx. Quotidie namque divinis
ges, quibus ipsa antea erudita fuerat, in me-
moriâ reuocavit. Non enim illa se impo-
riâli efferebat potentia, sed potius amorem ce-
ga Deum sibi ipsi veluti thesaurum confere-
bat. Quotidie namq; illa maiora ab eo benefi-
cia acceperat, tantò etiam quotidie charita-
tem in benefactorem suum adaugebat magis.

que eorum, qui varijs detinerentur mor-
 bis, & membris partibusq; corporis mutilati
 essent, omnis generis curam gessit, ipsaq; per
 se ipsam in rebus omnibus eis inserviens. In
 urbem enim domicilia ventitabat, & qua
 visq; indigeret re, eam illi suppeditabat, &
 ecclesiarum hospitales domus circumiens,
 eos qui grauibus morbis lecto affixi erant, cu-
 rante. Non enim tantum illorum attingebat
 illas, & iuscula delibabat, sed & patellas admo-
 uebat, panem apponebat, ciborum frustra affe-
 rebat, pocula cluebat, aliaque omnia prompte
 & feliciter obibat, quæ seruarum & ancilla-
 rum sunt officia. Ad eos verò, qui ministeri-
 am eius, quod per manus ipsa suas perage-
 bat, inhibere conabantur, dicere solita erat:
 Imperio quidem conuenit, vt aurum id lar-
 geatur. Ego verò manuum mearum opus pro
 imperio ipso, ei qui id semel contulit, offe-
 ro. Vito autem suo talia verba frequenter
 subiciebat: Considerare te semper, coniunx
 tuarissime, oportet, & quisnam antea fueris,
 & in quem locum te euexerit vniuersitatis hu-
 ius Deus. Si eam perpetuam eius rei obtinue-
 ris memoriam, non prorsus te ob accepta be-
 neficia erga eum ingratum præstabis: sed ex
 præscripto legum Dei, quod ab eo accepisti,
 gubernabis imperium: & ita eum, qui id tibi
 vniuersi ministri commisit, ritè coles. Eiusce-
 modi verba accinens, quæ ei insita erant diui-

678 COLLATION. SACRAR.
na excitauit semina, cōtinuò admonitosum
fluxu ea rigans.

*IOannes Nanclerus Chronicor. colum 3. generatim
36. de horrenda quadam demonis voce in die
ero Pentecostes, & liberalitate Henrici III. lo
perat. in pauperes.*

CAP. XVI.

HENRICI III. Impe. fuit natura iucundus,
hominibus affabilis, coram omnibus
humilis, hostibus terribilis, pauperibus pius
& largus. Hic cū aliquando festum Pentecostes
apud Moguntiam celebraret, diabolus
inter famulos Archiepiscopi & famulos
Abbatis Fuldensis contentione suboriente
locatione, post verbum deuentum est ad res
bera, ex quo Ecclesie pauimentum crucis oc
pletur, sed Episcopis & alijs conuolantibus
pax inter dissidentes reformata est, templum
purgatum, atq; cum multa deuotione illud
celebrata est, & cum ad illum versum Sequen
tia ventum est, Hunc diem gloriosum fecisti,
vox ab aere lapsa est, dicens: Hunc diem belli
cosum ego feci. Quo audito rigentibus omni
bus, imperator diligenter intendens latitiam
diaboli: Tu, inquit, omnis malitiae inventor
& incensor, diem bellicosum & arrogantibus
luctuosum fecisti: sed nos per DEI gratiam,
qui illum gloriosum fecit, pauperibus & in
digentibus gratiosum faciemus. Et mox rite
cepta Sequentia, solenni ploratu gratiam DE
iuro.

inocabant, completaq; cum deuotione Mis-
 si, omnibus pauperibus per præconem voca-
 tis, omnia preciosa cibaria, quæ sibi & curia-
 ribus præparata erant, in vsus illorum con-
 sumpti, ipseq; pius Imperator, cum cæteris
 palatii ac ministris, proprijs manibus illis
 ministravit.

*Theodoretus lib. 1. cap. 18 Ecclesiast. histor. De S. He-
 lenæ Imperatricis in religiosas virgines pietate
 & humili ministerio.*

CAP. XVII.

Illustissima & maxima digna admiratio-
 ne Imperatrix Helena mulieres, quæ toto
 vitæ tempore virginitatem excolebant, pri-
 mum omnes in vnum congregari, & sedibus
 præparatis accumbere iussit, deinde illa ipsa
 cunctis munus exsequi, apponere cibaria, &
 gururium cum malluio adferre, aquam
 denique earum manibus, dum lauant, mini-
 strare non dedignata est.

*Ioannes Nasclerus historicus generation. 36. De
 Leonis IX. Pontif. Max. in pauperes pietate, &
 miraculo circa leprosum patrato.*

CAP. XVIII.

Leo iste Pontif. vir fuit pietate, innocen-
 tia, benignitate, gratia, hospitalitate ad-
 eò insignis, vt domus eius peregrinis & pau-
 peribus semper pateret. Nam cù semel ante fo-
 res suas leprosum inuenisset, cumq; præ mise-
 ricordia, collocari in lecto suo mandasset, a-

F f ; pertis

peritis manè à ianitore foribus, nusquam pauper inuentus est, Christum pauperis nomine eo loci recubuisse creditum. Hic deinde anno domini 1054. gloriose vitam finiuit, vi. Cal. Maij, Romæ in Ecclesia S. Petri sepultus, miraculis claruit multis.

Venerabilis Beda lib. 3. historia Anglicana. Osvaldus rex cum in pauperes & peregrinos esset liberalissimus, dextera eius ab Episcopo Aidano benedicuntur, quæ & postmodum defuncto iam Osvaldo, mansit incorrupta.

CAP. XIX.

SANCTUS OSVALDUS regni amplissimi caritate sublimatus, quod dictu mirum est, humiliter pauperibus & peregrinis seipsum humilis, benignus & largus fuit. Ferrat enim quod tempore quodam, cum die sancto Deschæ cum Aidano Episcopo confedisset ad prandium, positusque esset in mensa cum eo discus argenteus, regalibus epulis refectus, iamque essent manus ad panem benedictum missuri, intrauit subito minister ipsius, cui suscipiendorum inopum erat cura delegata, & indicauit regi, quia multitudo pauperum undecunque adueniens maxima, per plateas sederet, postulans aliquid elemosinarum a rege. Qui mox dapes sibi appositas, delicti pauperibus iussit: sed & discum confrangi, quæque eiusdem minutatim diuidi præcepit. Cum viso, Pontifex qui assidebat, delectatus tali

LIBER VI.

e8a

to pietatis, apprehendit dextram eius, & ait:
 Nonquam inueterascat hæc manus. Quod &
 una votum benedictionis eius prouenit. Nā
 cum interfecto illo in pugna, manus cum bra-
 chio à cætero esset corpore resecta, contigit vt
 lætenua incorrupta perduret. Denique in vr-
 be regia, quæ à regina quondā vocabulo Beb-
 la cognominatur, loculo inclusa argenteo, in
 Ecclesia S. Petri seruatur, ac digno à cunctis
 honore veneratur.

Ioannes Moscus Emiratibus in Prato spiritali cap. 185.

(De auctoritate & antiquitate huius libri, vide
 prefationem Aloysij Lipomani in eundem.) De
 muliere Christiana, quæ elemosynis virum gen-
 tilem Christo lucrificat, & pecunias in pauperes
 erogatas, sextuplicatas, admirabili diuine prou-
 dentie modo recepit.

CAP. XX.

CUM in Samo Insula essemus, narrabat
 nobis venerabilis pauperum cultrix Ma-
 ria mater Domini Pauli candidati, dicens:
 Cum essem in ciuitate Nisibæ, erat ibi Chri-
 stiana mulier virum habens gentilem. Erant
 autem pauperes, habebant tamen quinqua-
 ginta numismata. Die verò quadam ait vir
 uxori suæ: Demus hæc numismata scenerato-
 ri, vt aliquod solatiū ex eis capiamus. Ea enim
 sigillatim consumimus, & deficiunt. Respon-
 dens autem illa bona vxor ait viro: Si placet ea

Ff 4

fecno-

foenerari, veni, demus illa sub fenore DEO
Christianorū. Dicit ei vir eius: Et vbi est Deus
Christianorum, vt demus ei? At illa: Ego tibi
ipsum ostendam. Si enim huic dederis ea, non
solum non illa perdes, sed & vsuras tibi pro-
soluet, & capitale duplum reddet. Qui autem illi
Eam, ostende mihi illum, & demus ei illa
verò assumens virum suum, duxit in sanctam
Ecclesiam. Habet autem Ecclesia illa quatuor
que magnas ianuas. Cū autem induxerit
illum in Ecclesie porticum, ostendit ei pro-
peteres dicens: Istis si præbueris, Deus Chris-
tianorum ipsa accipit. Isti enim omnes suis
Qui mox cū gaudio numismata accepissent
gare pauperibus: Reuersique sunt in domum
suam. Cū verò post menses tres necessitas
sumptuum angustarentur, ait vir uxori suae
Soror nihil, vt video, daturus est nobis Deus
Christianorum ex debito illo, & nunc angus-
tiamur inopia. Respondit mulier, & ait illi
Profectò dabit. Vade vbi illa dedisti, & ex-
bebit ea tibi cum omni alacritate.

Quo audito, ille currens abiit in sanctam
Ecclesiam, veniensque in locum, vbi congre-
uerat numismata pauperibus, & circueun-
tam Ecclesiam neminem vidit, qui sibi debi-
tum redderet, nisi solos pauperes denuo secon-
tes. Cū ergo cogitaret in seipso, cui diceret
aliquid, vel à quo exigeret, adspexit ante pedes
suos in marmore iacere numisma vnum ex illis.

que pauperibus ipse erogarat, inclinansq;
 & accipiens illud, abiit in domum suam, &
 in coniugi suae: Ecce profectus sum in Eccle-
 siam, & crede mihi, mulier, quia Deum Chri-
 stianorum non vidi, vt dixisti, nullusq; mihi
 aliquid dedit, nisi quod hoc numisma tibi po-
 situm vidi, vbi ego prius erogaueram. Tunc
 ait ad eum mulier illa, Mirabilis ipse est, qui
 tibi hoc inuisibiliter praestitit, ille enim inui-
 sibili potestate manus suae disponit hunc mun-
 dum. Sed vade, domine mi, eme nobis aliquid,
 vt comedamus hodie, rursusq; ipse provide-
 bit nobis. Abiit ille, & emit sibi panem, & vi-
 num & piscem, & veniens domum dedit vxori.
 Quae accipiens piscem, cepit ipsum purga-
 re, exenterasq; illum inuenit in visceribus e-
 us lapidem valde mirabilem, ita vt miraretur
 mulier illius pulchritudinem. Non tamen scie-
 bat quid esset. Seruatum autem ostendit re-
 uertenti viro, dicens: Ecce hunc lapidem in
 pisce reperi. Videns autem & ipse miratus est
 quidem ipsius pulchritudinem, ignorabat ta-
 men quid esset. Cum autem comedisset, ait
 vxori: Da mihi lapidem, vt vadam & vendam
 illum, si quid fortassis pretij de illo accipere
 contingat. Neque enim, vt dixi, nouerat &
 ipse, quid esset, vtpote simplex & rudis. Tulit
 itaque lapidem, & abiit ad trapezitam, cuius
 erat proprium talia emere & vendere, inue-
 nitque illum iam clausis omnibus egredien-
 tem,

tem, (ad vesperum enim iam dies erat) & ait illi: Vis emere hunc lapidem? Ille vero considerans lapidem dicit ei: Quid vis ut tibi proferam? Ait autem ille: Da quicquid vis. Ad quem ipse: Accipe, inquit, quinq; numismata. Putans autem venditor quia illi dedit illi, dicit ei: Et tantum vis pro illo perfoluere? Estimans trapezita, quod ita ille per ironiam loqueretur, ait ipsi: Accipe decem pro eo numismata. Venditor iterum se irrideri acutus tacuit. Dicit illi trapezita: Viginti numismata accipe. Ille autem tacebat, nihil respondens. Cum vero ad triginta, quadraginta, quinquaginta numismata emptor allicentat, & se daturum ea iuramento animaret, coepit ille amplius lapidem aestimare. Iracundum vero emptor adscendens usque ad tredecim numismata peruenit, deditque illa venditori. Ipse igitur, dato lapide, acceptaque pecunia, venit ad uxorem suam gaudens: quæ cum videret illum exultantem, dixit: Quanti illum vendidisti? putabat autem, quod illum quinque, vel decem minutis vendidisset. Tunc ille tredecim numismata proferens, dedit illa uxori dicens, tanto se illum vendidisse. Illa vero laudem divinæ bonitatis clementiam admirans, dixit ei: Ecce Deus Christianorum qualis est, quam bonus, quam gratus, quam dives. Vides quia non solum quinquaginta numismata tibi reddidit, quæ tu illi mutuasti, sed paucis die-

LIBER VI.

us ipsa tibi sexduplicata restituit? Agnosce
 quia non est Deus alius, neque in terra,
 neque in caelo, nisi ipse solus. Ille verò mira-
 culo admonitus, cum experimento didicisset
 ipse veritatem, effectus est repente Christia-
 nus. Glorificauit Deum, & saluatorem nostrū
 Christum cum Patre, & Spiritu sancto, pluri-
 mas referens gratias prudentissimæ vxori sue,
 per quam vera Dei notitia ipsi in veritate
 concessa est.

*Sanctus Moschus Euiratus in Prato spirituali cap. 89.
 propter cessationem consuetæ elemosynæ vniuer-
 sum monasterij triticus corruptus, & in mare
 proicitum est.*

CAP. XXI.

IN monasterio Abbatis Theodosij in sco-
 pulo, inter Seleuciam & Rosum Ciliciæ
 consuetudo fuit, vt in cœna Domini pauperes
 omnes, & pupilli regionis huius confluerent
 huc, & acciperent medium tritici sextarium,
 benedictiones tredecim, & sextarium vini,
 mediumque sextarium mellis pro quolibet.
 Ante hoc autem triennium, magna tritici ste-
 ritas fuit, vendebaturque triticum in regio-
 ne hac, sextarij xij. vno numismate. Cum ergò
 venissent ieiunij dies, dicunt Abbati nostro
 quidam ex parribus: Noli domine pater, se-
 cundum consuetudinem dare pauperibus tri-
 ticum, ne desit monasterio. Triticum enim
 non inuenitur. Abbas autem cœpit dicere fra-
 tribus:

Ff 6

tribus:

tribus: Non infringamus filij, benedictionem patris nostri Theodosij. Videte, mandatum legis est, non expedit nobis illud transgredi. Verè ipse est, qui curam nostri gerit. Fratres autem persteterunt in sua sententia, dixerunt Abbati: Non suppetit nobis, quod dare possimus. Tunc Abbas contristatus ait illis: Ite, & secundum, quod vultis, facite. Non itaque, ut consuetum erat, dederunt benedictionem in die sancto cœnæ & Parasceves. Profectus postmodum, qui præerat horreis, aperuit ostium & reperit triticum totum germinasse. Quo coacti postea sumus illud in mare proiecimus. Tunc cœpit Abbas noster dicere fratribus: Qui patres nostri monita irrita facit, illa patitur. Labores nunc inobedientiæ merito. Quingentos modios daturi eramus, & partem nostro Theodosio per obedientiam placuisse, fratresque nostros pauperes comitatus fuisset, nunc verò quinque serè millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati sumus, filij? Quantum nobis ipsis nocuimus? Duo profectò mala egimus. Vnum, quia mandatum patris nostri præteruimus; alterum, quia spem in Deum non habuimus, sed in horreo nostro. Vel ex hoc discamus, fratres, quia Deus est, qui disponit omne humanum genus, quodque sanctus Theodosius inuisibiliter pro nobis filijs suis curam sollicitè gerit.

*Novus Moscu cap. 175. Prati spiritualis. Glycas
parte 4. Annalium. De Zenone Imperatore viro
eleemosynario.*

CAP. XXII.

Narrauit nobis quidam patrum de Zeno-
ne Imperatore, dicens, quod mulierem
quendam in filia ipsius iniuriosè tractauerit.
Illa autem vacabat in templo domine nostrae
Dei genitricis, orans eam, & deprecans, &
cum lachrymis dicens: Vindica me de Zeno-
ne Imperatore. Cum ergò multis diebus hoc
feceret, apparuit ei sancta Dei genitrix, di-
cens: Crede mihi mulier, ultionem tuam sæpè
facere volui, sed manus eius prohibet me.
Erat enim valde misericors, & eleemosynas
faciens.

*Novus Moscu cap. 201. Prati spiritualis. De quo-
dam viro Constantinopolitano nobilissimo, cui pa-
ter moriens, Dominum Iesum Christum reliquit
curatorem, facultatibus suis penè omnibus, filio
consentiente, in pauperes erogatis.*

CAP. XXIII.

Narrauit quidam patrum dicens: Adscen-
di aliquando Constantinopolim cuius-
dam necessitatis gratia. Cumque in Ecclesia
sederem, ingressus est quidam secularis, maxi-
mè illustris, atque fidelissimus. Is cum adspe-
xisset me, accedens salutavit cum omni chari-
tatis officio. Et post salutationem sedit iuxta
me, & cœpit interrogare de his, quæ pertine-
rent

rent ad animæ salutem. Cumque ergo illi
cerem, quod his, qui ritè terrena disponunt,
caelestia quoque donarentur. Bene, inquit,
ter, dixisti. Nam verè beatus est, qui ipse suam
in Deum ponit, & seipsum totum committit
Deo. Et dicebat: Ego filius fui cuiusdam secula-
ris gloria clarissimi. Erat autem ipse pater
meus eleemosynis maximè deditus, & pluri-
mà pauperibus distribuebat. Die ergo quodam
vocavit me, & ostendit mihi omnes pecunias
dicens: Fili, quid tibi gratius est, ut tibi dimit-
tam pecunias istas, an Christum curam cor-
porum tuum? Ego, cum placerent mihi, quæ faciebatur,
respondi me Christum malle. Istæ enim omnes
prætereunt, & hodie non sunt, & cras non er-
runt, Christus autem manet in æternum. Quod
ille cum audisset, omnia iam libere, & libera
manu pauperibus erogabat, ita ut mones pecu-
nia admodum mihi relinqueret. Ego autè in
pauper effectus, humilis procedebam, spem
meam habes in Christum, cui me ille relique-
rat: Erat autem alius quidam dives valde, &
primarius, habens uxorem fidelem Christum,
& timentem Dominum, habebat autem & fi-
liam unicam. Dixit ergo illa viro suo: Hanc
solam habemus filiam, tantaque bona nobis
largitus est Deus. Cuius ergo rei indiget? si
quaesierimus dare illam alicui primario & di-
viti, qui non sit bonis moribus, affliget eum
semper, quaeramus illi virum humilem, & ti-
mentem

mentem Dominum, qui secundum Deum il-
 lum diligit & foueat. Qui dixit illi: Rectè di-
 xisti. Perge ergo in Ecclesiam, & ora intentif-
 sime, atque illic reside, qui primus ingres-
 satus fuit, hic illi à Domino missus est spòsus.
 Interigitur, vt vir iusserat eius. Cumque oras-
 set, & sederet, ingressus sum ego primus. Mit-
 tens ergo illa seruum suum continuò accersit
 me, cœpitque interrogare dicens, Vnde es?
 Ego autem dixi illi: Ex hac ciuitate sum talis
 filius. Dixit autem mihi: Illius eleemosynarij?
 Et dixit, Ita, illius sum filius. Tunc ait mihi:
 Habes uxorem? Et dixi: Non, narrauique illi,
 quæ mihi dixerat pater meus, & quæ ego re-
 sponderam ipsi: illa verò glorificans Domi-
 num, ait: Ecce bonus curator tuus misit tibi
 uxorem, & pecunias, vt utaris vtrisque cum ti-
 more Dei. Deditque mihi filiam suam, & pe-
 cunias. Ego autem oro, vt patris mei viam vs-
 que in finem teneam.

Gregorius Turonen. li. 2. ca. 24. historia Francorum.

*De Ecdicij senatoris liberalitate in pauperes, &
 diuina in eum omni q; eius posteritas remuneratione.*

CAP. XXIV.

Tempore Sidonij Episcopi magna Bur-
 gundiam fames oppressit. Cumque po-
 puli per diuersas regiones dispergerentur, nec
 esset vllus qui pauperibus alimoniam largi-
 retur, Ecdicius quidam ex senatoribus hu-
 ius propinquus, magnam tunc rem in Deo confi-

confusus fecisse perhibetur. Nam iuuale fecerit fame, misit pueros suos cum equis & pueris, per vicinas sibi ciuitates, ut eos qui in inopia vexabantur, sibi adducerent. At illi equites, cunctos pauperes quotquot inuenire potuerunt, adduxerunt ad domos eius. Ibi que conper omne tempus sterilitatis pascens, ab interitu famis exemi. Fuereque, ut multi avari amplius quam quatuor millia promissum dederunt. Adueniente autem ubertate, ordinariis eorum euectione, vnumquemque in locum suum restituit. Post quorum discessum, vox ad eum à cælis lapsa peruenit, dicens: Ecdici, quod tibi rem hanc, tibi & semini tuo panis non deficiat in sempiternum, eò quod obediens verbis meis, & famem meam refectio pauperum satiaueris. Quem Ecdicum miræ velocitatis fuisse, multi commemorant. Nam quodam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugasse perhibetur. Sed & sanctus Patrus Lugdunensis Episcopus, simile huic in ipsa fame populis prestitisse perhibetur beneficium. Exstat enim hodieque apud nos beati Sidonii epistola, in qua eum declamatoriè collaudat.

Ioannes Bodinus libr. 3. cap. 1. De Magorum Lemania, hominem in pauperes liberalem non posse à magicis sortibus offendi.

CAP. XXV.

Recenset Ioannes Bodinus modos quosdam ad sortes magicas præuertendas. Ut, inquit,

inquit, mala hæc possint vitari, legē Dei sapē
 oportet prædicari, metum eius summis, me-
 dis, infimis inculcari, & ante omnia fidem in-
 comprimi: nam si Dei maximi, terribilis, &
 omnipotētis nomen bona fide ab homine ti-
 more Dei, pronūciatum, diabolorum & Ma-
 gorum propellit turbas, (vt sæpenumero vsu-
 esse ante demonstrauius,) quantò magis
 cum spes erit procul fugiturum, si prædicari,
 legi, promulgari, & sermonem haberi de lau-
 dibus operibusque Dei audierit? Si deinde
 blasphemiam, impietas & cōtumeliā in Deum
 crepab. tollantur. Alterum quoque remediū
 est, vt neque à Sathana, neque à Sagis vlla ra-
 tione metuamus: nā Deo fit iniuria, cūm dia-
 bolus metuitur. Itaque non rarò compertum
 est, & quotidie eernimus, non posse ei nocere
 Sagam, qui accusat ipsam, aut proculcat pedi-
 bus, cūm sagam esse nouerit. Alium prætereā
 modum confiteatur sagæ, cūm aiunt hominē
 in pauperes muniſicum, non posse à Magicis
 sortibus offendi, quamuis alijs in rebus vitio-
 sum. Scribit V Vicius li. 4. cap. 10. V Vertamas
 moniales in, Hornensi comitatu amplius tres
 annos à malignis spiritibus fuisse vexatas, at-
 que hanc occasionem inter alias fuisse obser-
 uatam, quod libram salis Sagæ cuidam vetulæ
 (quam Sagam nesciebant esse) hac lege com-
 modauerant, vt libras tres post duos menses
 redderet, quod effecit Saga: tum micæ salis à
 monia-

monialibus in monasterio inuentas esse, & b
 pfas eodē momento à spiritibus malignis ob
 sessas, neque tamen hæc sola fuit occasio, sed
 eum de vitijs permultis famosæ essent, præ
 præterea fuisse compertum, eas loco rogata
 da elemosynæ scænis pauperibus impendit.
 Atque hæc causa est cur Magi, quibus sathana
 na aut malè faciendi, occidendi, & veneno
 homines pecoraque tollendi imposita est ne
 cessitas, aut dira indefinenter patienda, sath
 micis quos vlescantur caruerint, mendicant
 elemosynam, & si qui facultate præditus
 negauerit, periclitatur ab eis, si Magum
 nesciuerit. Non enim amplius Magus in
 quam potest, quàm in eum qui stipem exigit
 homini, quem Magum esse nouerit. Quin
 cauendum est, ne ijs detur, quæ vulgi sermone
 Sagæ feruntur esse: qui autem Magos esse igno
 rans stipem non dederit, is offendi periclitat
 bitur, vt pæsa pæ compertum est. Sic cum in
 magnis conuentibus esset in Paderborni anno
 D. LXXVII. inter vicarios procuratoris gene
 ralis meas partes agens, accepi duos Magos
 squallidos egentesque ad prædium domini
 stipem postulauisse: ea recusata iniecerunt for
 tes, & domestici omnes in rabiem alti ebue
 runt furiosi: non quod hanc ob causam Deus
 illos potestati Sathana Magorumque admini
 stratorum eius tradiderit, sed quia (vt erant im
 probi & immisericordes erga egentes) Deus
 noluit.

non conceperat de ipsis misericordiam. Scri-
pta enim elemosynam appellat Zoedaka,
id est iustitiam, & pro eo quod est, Date elec-
mosynam, ait, date iustitiam, quia hæc præ ca-
teris ex improbo iustum facit: quo pertinet il-
lud scripturæ: Eleemosyna liberat à morte.
Hæc Bodinus. Sanè illos qui in pauperes bene-
fici sunt & liberales, à multis malis & periculis
inimicorumq; insidiis immunes fore, quin &
multis beneficijs à Deo afficiendos, etiam in
hæc terra propheta regius diuino spiritu affla-
tus, illis polliceri videtur, dum ait: (Psal. 40.)
Deus qui intelligit super egenum & paupe-
rem, in die mala liberabit eum Dominus. Do-
minus conseruet eum, & viuificet eum, & bea-
tum faciat eum in terra, & non tradat eum in
manum inimicorum eius. Dominus opè ferat
illi super lectum doloris eius, &c. In quem lo-
cum D. Augustin. Erige, inquit, oculos in hæc
promissa Christiana fide, non te deserit Deus
in terra, & aliquid promittit in celo. Promis-
sionem habes vitæ præsentis, & futuræ.

*Item Sulpicius libro de vita S. Martini cap. 2.
D. Martinus cum pauperi chlamydis sue partem
dedisset, nocte sequenti Christum ea vestitum
conspicit.*

CAP. XXVI.

Vulgatum quidem est, sed non vulgari
laude dignum, quod de D. Martino E-
piscopo Turonico in pauperes liberalissimo
Sulpi.

Sulpitius commemorat. Quodam tempore inquit, cum iam nihil præter arma & simplicem militiæ vestem haberet, mediâ hyemem quæ solito asperior inhorruerat, adeo ut porosque vis algoris exstingueret, obuiâ habuit in porta Ambianensium ciuitatis pauperem nudum. Qui cum prætereuntes, ut sui misererentur, oraret, omnesque miserum prætereuntes intellexit vir Deo plenus sibi illum, alijs misericordiam non præstantibus, reseruati. Quis tamen ageret? Nihil præter chlamydem, quæ indutus erat, habebat. Iam enim reliqua inopes simile consumperat. Atrepto itaque latere, quo erat accinctus, mediâ diuidit, partemque eius pauperi tribuit, reliqua rursus indutus. Interea de circûstantibus ridere nonnulli, quia deformis esset, & truncatus haberi videbatur: multi tamen, quibus erat mens faceret altius gemere, qui simile nihil fecissent, cum utique plus habentes, vestire pauperem sua nuditate potuissent. Nocte igitur insomniata, cum se sopori dedisset, vidit Christum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte vestitum: Intueri diligētissimè dominum vestemque, quam dederat, iuberetur agnoscere. Mox ad angelorum circûstantium multitudinem audiuit Iesum clara voce dicentem: Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit. Verè memar Dominus dictorū suorum, qui ante prædixerat: Quandiu fecistis hęc vniuersi

minis illis, mihi fecistis: se in paupere pro-
fusus est fuisse vestitum, & ad confirmandum
boni operis testimonium, in eodem se ha-
bitum, quem pauper acceperat, est dignatus
cedere.

James Brugmannus in vita admiranda virginis Ly-
dia seu Lyduuinae Scheidamensis (qua habetur tom.
1. Surij 14. Aprilis) cap. 2. partis 2. De insigni li-
beralitate virginis huius Lyduuinae in pauperes, de
cruena Iesu, quae nunquam exhauriebatur, ac de
gloria ac dignitate elemosinarum apud Deum.

CAP. XXVII,

Sancta virgo Lydia, sibi ipsi parcissima,
pauperibus matrem se exhibebat, nulli ne-
gans opem, donec retencius superesse. Si lar-
gi nihil posset, condolentem praebebat ani-
mam, blandum è pio corde promebat sermo-
nem. Cibos interdum coctos, nonnunquam
crudos mittebat. Si quid negligenter in ijs fie-
ret ad eis, per quos mittebat, dolebat animo
tunc, quod pauperes, tanquam caelestis regni
principes futuros, vel ad horulam sua annona
laudari noller. Nouerat pauperum nomina
& habitacula, & quamuis iaceret in tenebris,
omnia intueri, omnia distinctè cognoscere
videbatur, perinde ac si versaretur inter homi-
nes. In pauperum vsus iussit hyeme sale adper-
gere carnes, salitas cum pisis coctas illis trans-
ferebat. Contigit aliquando, vt cum vicinis
diuidenda vacca quarta pars ei cederet ad a-
lendos

lendos pauperes . Ex ea cum ministris eius
 quandam portionem cum piscis coxissent, &
 triginta domibus inde ad saturationem distri-
 buissent, quidam ait Lyduina: Quemadmo-
 dum iussisti, triginta pauperum domibus de
 carnibus & piscis tuis ad satietate dedimus, &
 tamē nihil in olla diminutum videtur. Eusti-
 gio illa respondit: Non pro meis meritis, sed
 pro sua bonitate id fecit Deus. An non ille
 dixit, (Luc. 6.) Date & dabitur vobis? Comederunt
 sanē ex illis carnibus domestici eius, comen-
 runt aduentates peregrini, omnes admirati
 ne permoti, manum Domini adesse sentierunt,
 quā olim viduæ farinulā conseruaret. (Matth.
 17.) Porro etiam diuites præ deuotione pre-
 bant interdum mitti sibi de buccellis virginis
 nostræ. Illos verò pauperes ante omnes secto
 fouere & pascere studebat, quos ex opulenti-
 tis nouerat ad inopiam redactos, & recedē-
 tibus eleemosynis cohiberi. Mendicantes
 autē etiam ipsa, si deessent carnes, quibus in-
 pes reficeret. Orauit quandoque virum pium,
 vt si haberet armum porci coctum, mitteret
 sibi pauperibus impartendum. Fecit ille, &
 mox sensit, quā sit grata Deo manus porre-
 cta ad dandū. Vt enim ipse falsus est, cum pra-
 lō post coniecisset oculos eò, vnde tulcer ar-
 mum, vidit alium lōgē maiorem illic suspen-
 sum. Sciscitatur ex familia, num quis eum sus-
 penderit. Negant omnes: agnoscit donū Deo.

CRAR.
in illa eum
coxissent, &
ritatem diti-
Quemadmo-
dombus de-
e dedimus, &
detur. Efecti-
s meritis, sed
n non ille di-
Comcedenti-
eius, comen-
es admira-
esse ferebat,
uarat. (Sed
uocatione per-
cellis virginis
omnes lecte-
os ex opulente-
, & videret
Mendicanti-
, quibus in-
vium pium,
um, miraret.
Fecit ille, &
manus potte-
est, cum pro-
de tulerat an-
illie suspen-
is eum sus-
it donu Bo-

nga virginem nostrā deuotior. fit in pau-
pens liberalior. Mulier quædam caduco labo-
morbo, sæpè in plateis corruerat. Accidit
eum, vt magno spiritus angore correpta in
domunculam Lyduuinæ intraret, potumque
sibi dari posceret. Lyduuina tum nihil cogi-
tante exiguo vino, quod supererat, cum so-
lisset, aquam monstrauit fœminæ, quodam
vasculo contentam. Illa totam exhaustit, sed
vix extincta non est. Ardet misera, plusque
sibi dari petit. Tum Lyduuina recordata vini,
negligio ostendit: atque illa totum bibit: rur-
sumque instat pro potu. Sed cum nihil liquo-
ris haberet virgo, dedit ei nummum quen-
talem, vt illo potum sibi emeret: quem illa hi-
ster accipiens, abscessit. Deinde febribus Ly-
duuinam corripientibus, orat patrem, vt pau-
perum vini porrigat, quo labia arentia tin-
gantur. Non enim meminit tunc fœminam
obidam vinū omne epotasse. Porrigit pa-
ter poculum filia, vade illa mulier biberat, &
ecce plenum est optimo vino, diuinitus in il-
lud infuso. Stupet virgo, sentiens nullum se
melius bibisse vinum, nec tamen patri indi-
care vade sit, licet & ille stupens admiraretur,
neque colorem, neque saporem eius vnquam
percipere. Tandem cum in vasculo lōgo tempo-
re durasset: cuiusdam fœminæ incuria effu-
sum est. Per id tempus adhuc parcissimè vte-
batur vino Lyduuina: itaq; doluit illud effu-
sum.

sum, quod nūquam habuisset sibi accommodatius vinum. Cū enim alia vina sine aqua admixtione bibere non posset, hoc solum potum bibit. Obseruet hic lector humanitatem sanctæ virginis, quæ è suo poculo iussit cœnam morbo comitiali vexatam bibere. Cū frater eius VVilhelmus excessisset è viuis multo ære alieno obstrictus, filij eius in magnam inciderunt calamitatem, quam humanitas euadere vix possent. Tum Lyduina illocum miserta, quædam clinodia sua distraxit in libris eius regionis. Dedit autem negotio cognato suo Nicolao, vt is è crumena, in quâ nummos omnes condiderat, satisfaceret creditoribus. Fecit ille vt iussus erat, & eum minus esset factum satis, quod reliquum pecuniæ in crumena, ter coram Lyduina numeratum est, & tantundem inuentum quantum illa primum imposuerat. Illa vero prohibuit, ne cuiquam id indicaretur, crumena namque illâ Domini Iesu voluit crumenam deinceps appellari. Atque ex illa ipsa expedebatur in pauperes liberaliter, & Dominus Iesus abundè infundebatur. Quibusdam specialibus amicis aliquando ex ea percunctantibus quantum ex illa crumena post obitum fratris sui VVilhelmi distribuisset, sic respondit. Quandoquidem video non latere vos donum Dei, pro certo cōfirmo vobis, me de illis octo libris plus quàm quadraginta libras in pauperibus erogari.

rogasse, præter eas, quibus dissolui æs alicuius
 fratris mei. Sex annis ante obitum virginis
 multis modis ex ea pecunia datū est pau-
 peribus, & illa rursus diuinitus aucta. Post de-
 celum virginis dimidia pars pecuniæ in eadē
 nomina reperta est. Quidam etiam eius aurei
 nummi coram tribus fide dignis numerati, il-
 ludentibus, visibiliter aucti fuerunt. Quid-
 quid sancta virgo conquirere potuit, tāquam
 pascam reputans, penē prodigē in opes Chri-
 sti amore elargiebatur. Eam autem eius in pau-
 peres benignitatem Christus abundē compen-
 sat. Rapa nonnunquam in paradysum, vidit
 quandoque lucem mirabilem è cælo vibrari,
 præterit in animas quorūdam adhuc in ter-
 ra degentium, quas eò se cum raptas cernebat.
 Illa autem luce vidit tāquam beatorum ex-
 ercitiū speciosissimum cōfluere, & in iis cæ-
 lestium Reginam, Christi matrē sanctissimam.
 Vidit etiam mensas sericis & preciosis pannis
 misterni, elemosynas, quas per id tempus ege-
 ras præstiterat, ceu cælo allatas, aptissimè col-
 lectari: potiones quoque, quas in vasis fictili-
 bus ipsa pauperibus præbuerat, in crystallinis
 aureis poculis admodum reuerēter exhibe-
 re, inq; alia permulta, qua dederat miseris.
 Deinde vidit cœtum clarissimū ad instructas
 decumbere mensas, audiuit sonitum tāquam
 ad mensas hilariter epulantium: se verò illis a-
 lacriter ministrantē videre sibi visa est. Postea

700 COLLATION. SACRAR
ad se reuerfa, miris modis beneficia in pauperes cumulare studuit, ea uisione non mediocriter animata.

Cum pietas (cuius magna pars est beneficentia in pauperes) promissionem habeat uitae praesentis & futurae, quid de eo sentiendum sit, quod homo pii, & in pauperes apprimè benefici magni quasi equi infirmitatibus & molestiis grauentur.

CAP. XXVIII.

Adduximus paulò ante capite 25. sententiam illam propheticam, (Psalm. 40) Bontum nempe illum esse, qui intelligit supergenum & pauperem; Dominus coletur eum & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra: denique pietatem, habere promissionem uitae praesentis & futurae. (1. Tim. 4.) Ceterum quàm multos legimus in pauperes efficacissime liberalitatis, qui diuturnis grauissimisque languoribus exagitati sunt? Certè de S. uirgine Lyduuina constat ex historiis, pluribus mirabilibusque morbis eam tota uita excruciatam, S. Gregorius Pontif. Max. in pauperes & peregrinos liberalissimus, penè assidue eam variis infirmitatibus luctabatur. De Constantino Graecorum Imper. nono refert Constantinus Manasses, eum fuisse magnificum, liberalem, moderationis & aquiratis studiosum, atque ita munificum, ut quasi mare quoddam liberalitatis uideretur, cuius fructu multis fructu contigit, emittentis quasi uenas, & fructum

nis in morem auriferi Pactoli, Niliq̄ue argenti
 sui. Quippe, inquit, munificas eius manus ex-
 p̄te sunt nationes integræ, templa, pauperes,
 late enim fluuius ybique semet effundens, &
 munera copiosissimè distribuebat in erumno-
 sis, &c. Sed enim, ait, qui ad eò fulgebat bonis
 supra cedros, & qui virtutibus florebat tan-
 quàm omnibus durans etatibus phœnix, corpo-
 re admodum erat lægido & affecto. Nam po-
 dagra laborabat, constrictis quasi per cōpedes
 quosdam pedibus. Quamobrem in lecto de-
 cumbere coactus, ægros & disercuiatos pedes
 curabat. De lobo legim⁹ (*Iob. 31.*) quod nunquā
 comederit bucellam suam solus, quòd pupil-
 lus comederit ex ea, quòd ab infantia creuerit
 cum eo miseratio, quòd nō dimiserit sine in-
 damento prateruentem pauperem. Itidem de
 Tobia, (*Tob. 1.*) quòd quotidie diuidebat vni-
 cuique de facultatibus suis prout poterat, esu-
 rientes alebat, nudisq̄ue vestimenta præbebat,
 mortuis sepulturā exhibebat, & tamen ille tot
 primum afflictus, hic charo oculorum lumine
 multo tēpore fuit orbat⁹, ad eò vt sicut beato
 Iob insultabāt reges (*Iob. 2.*) ita parentes & co-
 gnati Tobia, irridebant vitam eius, dicentes:
 Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepul-
 turas faciebas? Quomodo igitur verum, quòd
 ait regius propheta; Dominus conseruet eū, &
 multiplicet eum, & beatum faciat eum in terra?
 Quare tāta mala patimur in ista vita (inquit in
 illius

702 COLLATION. SACRAR.
illum psalmi locum D. Augustinus) tanta scanda-
dala, tantos labores, tantam inquietudine car-
nis & sæculi? Subiungit ibidem D. August.
Conuertit se ad Deum: & tanquam consilium
eius nobis exponens Totum stratum eius, in-
quit, versasti in infirmitate eius. Quid est, nisi
stratum eius versasti in infirmitate eius? Per
stratum intelligitur aliquid terrenum. Omnis
anima infirma in hac vita querit sibi aliquid
terrenum vbi requiescat, quoniam intentione
laboris & mentis extentæ in Deum, difficile po-
test perpetuo tolerare: aliquid sibi in terra
querit, vbi requiescat, & quodammodo pas-
satione quadam recubat, veluti sunt illa quæ
diligunt & innocentes. Neque enim de cupi-
ditatibus malorum nunc dicendum est, quia
multi acquiescunt in theatris, multi acquie-
scunt in circo, in amphitheatro, multi acquie-
scunt in alea, multi in luxuria popinatum,
multi in libidine adulteriorum, multi in vor-
lentiis rapinarum, multi in dolo & insidiis frau-
dium. Acquiescunt in his omnibus homines.
Quid est acquiescunt? Delectantur illis. Sed re-
moueamus hæc omnia, ad innocentem homi-
nem veniamus. Acquiescit in domo sua, in fa-
milia sua, in coniuge, in filiis, in paupertate, in
prediolo suo, in nouella manibus suis confectis,
in ædificio aliquo suo studio fabricato. Ac-
quiescunt innocentes in his. Sed tamen Deus
volens nos amorem non habere, nisi vix iter-

12. & istis velut innocentibus delectationibus
 miscet amaritudines: vt in his patiamur tribu-
 lationes, & vniuersum stratum nostrum ver-
 tum in infirmitate nostra. Vniuersum stratum
 nos vertisti in infirmitate eius. Non ergo con-
 queatur, quando in his, quæ innocēter habet,
 patitur aliquas tribulationes. Docetur amare
 meliora per amaritudinē inferiorum: ne via-
 tor tendens ad patriam, stabulum amet pro
 domo sua. Vniuersum stratum eius vertisti in
 infirmitate eius. Sed quare ista? Quia peccanti
 homini dictum est, (*Gen. 3.*) In labore vultus
 tui edes panem tuum. Ergo quia correptiones
 istas, in quibus vniuersum stratum nostrum
 vertitur in infirmitate nostra, agnoscere de-
 bet homo propter peccata se pati: conuertat se
 & dicat quod sequitur. Ego dixi, Domine mi-
 serere mei, sana animam meam, quia peccaui
 tibi. O Domine, in tribulationibus meis me
 exerceas, flagellandum iudicas omnem filium,
 quem recepturus es, qui nec vnico pepercisti.
 Ille quidem sine peccato flagellatus est. Ego
 autem dico, miserere mei, sana animā meam,
 quoniam peccaui tibi. Si vltus est, qui putre-
 dinem non habebat, si medicina ipsa nostra ig-
 nem medicinalem non respuit: patienter ferre
 debemus vrentem medicum & secantem, id
 est, omnibus tribulationibus nos exercentem,
 & a peccato sanantem. Planè nos committa-
 mus medici manui: non enim errat, vt sanum

G g ; pro

704 COLLATION. SACRAR.
pro puri fecer. Hęc ibiD Augustin. Ad Tobiam
verò Raphael angelus dicebat: (Tob. 12.) Quia
acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tēratio pro-
baret te. Atque idē hanc tentationem cœci-
tatis permisit Dominus euenire illi, vt potētis
daretur exemplum patientiē eius, sicut & san-
cti Iob, (Iob. 2.) Nam cū ab infantia sua sem-
per Deum timuerit, & mādāta eius custodie-
rit, non est contristatus contra Dominū, quod
plaga cœcitatatis eueniret ei, sed immobilis in
Dei timore permansit, agens gratias Deo om-
nibus diebus vitæ suæ. Atque huiusmodi pa-
tientia cum gratiarum actione in tribulatio-
nibus, opus perfectum habet, vt ait Apostolus.
Magnæ enim perfectionis est, & præcipue
pud Deum meriti, si non solum patientes si-
mus, sed & gratias agamus Deo in tribulatio-
nibus, & cū Apostolo iisdem gloriemur
quod hoc pacto maximè cōformes scēdamur
ip̄i filio Dei, quem Deus pater misit in hunc
mundum, nō ad quietem aut voluptatem, sed
ad crucē. Et sicut misit me pater, ait ip̄e Chri-
stus, ita & mitto vos. Et quoniam beatos pro-
nunciat illos Dominus, non qui omnium re-
rum securi, voluptatibus indulgent, sed qui
pauperes sunt spiritu, qui lugent, qui perseve-
rationem patiuntur propter iustitiam, qui misere-
cordiam, castitatem & munditiem cordis ad-
que id genus virtutes sectantur, monetque A-
postolus (Iacob. 1.) vt omne gaudiū exultime-
mus,



nus, cum in tribulationes varias inciderimus,
 scientes, quod probatio fidei nostrae patientiam
 operetur, patientia autem opus perfectum ha-
 beat: moxque subiungit: Beatum illum esse
 qui suffert tērationem, quoniam cum proba-
 tu fuerit, accipiet coronam vitae: ea propter
 animē concedit illa beatitudinis promissio,
 quam Psalmista pollicetur intelligenti super
 egenum & pauperē, etiam si ille magnis quan-
 doque tribulationibus, mortis egritudinibus
 & tentationibus inuoluatur. Hic enim nunc
 habet locum, quod mox ibidē subiungit Pro-
 pheta: Dominus, inquit, opem ferat illi super
 lectum doloris eius. Imprecatio illa opem fe-
 rat, vim habet certae promissionis: atque etiā
 conueniat ei quod subsequitur, Vniuersum
 firatum eius versasti in infirmitate eius, ma-
 gna tamen erga Deum fiducia erectus, confi-
 denti animo dicit, quod ibidem sequitur: La-
 hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam
 non gaudebit inimicus meus super me: atque
 nem illud, quod alibi idem propheta laetabun-
 dus ait: (Psal. 92.) Secundum multitudinem
 dolorum in corde meo, consolationes tuae lae-
 tificauerunt animam meam. In hunc igitur
 modum dum nunc tribulationibus exercetur
 ad patientiam, nunc spe erigitur ad coronam,
 quandoque etiam post magnitudinem dolo-
 rum, ingentes consolationes exhilarant ani-
 mam, (sicuti inter diutinas afflictiones, ineffa-
 mus,

biles etiam consolationes admirandam illam virginem Lyduinam, exhilarasse legimus. Et de seipso alicubi refert D. Hieronymus qui in horrida solitudine, in assiduis ieiuniis, languente corpufculo, sepe angelicis intererat deliciis) hunc inquam in modum facile elatecetit veridicum esse prophetam, dum ait: Dominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra. Enimvero si gentilium philosophi nullum æternæ felicitatis nec promissionem, nec expectationem, nec spem habentes, vt loquitur Apostolus, (1. Tim. sal. 4.) M. Regulum in summis cruciatibus constitutum, propter mentem nuda virtute naturali imbutam, beatum pronunciarunt, quanto magis beatum pronunciamus illum, qui veris solidisque virtutibus præditus, vniuersam iam cum Deo spiritus effectus, ac spe felicitatis immortalitatis subnixus, in omnibus prosperis & erumnis suis, inuicto animo dicere potest: Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Vnam peti à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, Vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui, &c. (Psal. 26.)

Atque

Atque item illud Apostoli, (*Rom. 8.*) Quis nos
 separabit à charitate Christi, tribulatio? an an-
 gustia? an fames? an nuditas? an periculum? an
 persecutio? an gladius? Neutiquam igitur ho-
 mines vera erga Deum pietate flagrantēs, at-
 que erga inopes benefici, infelices censendi
 sunt, aut à Deo alieni, etiamsi miris quando-
 que afflictionibus aut infirmitatibus exerceā-
 tur. Licet enim hic, qui fortis est noster homo
 corrumpatur, inquit Apostolus, (*2. Cor. 4.*) ta-
 mē is qui intus est, renouatur de die in diem.
 Idem quod in præsenti est momentaneum
 & leue tribulationis nostræ, supra modum in
 sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur
 in nobis, non contemplantibus nobis quæ vi-
 dentur, sed quæ non videntur. Quæ enim vi-
 dentur, temporalia sunt: quæ autem non vi-
 dentur, æterna. Diligenter, inquit Chryso-
 stomus, (*Hom. 66. in Gen.*) his quæ dicuntur inten-
 datis, & ipsa perpetuæ memoriæ commende-
 tis, continuò in mente vestra versantes & co-
 gitan-tes, quantum patientiam iusti sustinue-
 rint, quamque longanimitatem & fidem in
 promissionibus Dei habuerint, nō animo flu-
 tuantes propter ea quæ post promissiones e-
 ueniebant, sed fidentes eius qui promiserat
 virtuti, & propterea probati fuerint. Ecce e-
 nim & iustus ille Iacob Iosephum, postquam
 totannis luxit quasi mortuum, vidit regnum
 Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph post

708 COLIAT. SAC. LIB. VI.
seruitutem, post carcerem, post alia omnia
quæ sustinuit, principatum totius regionis
suscepit. Et si accedere volumus ad eas quæ
in sacra historia continentur historias, inue-
niemus omnes virtute præditos per tentatio-
nes ingressos, & sic magnam à Deo allec-
tos gratiam, quam si & nos conciliare nobis
volumus, ne simus tristes in tentationibus, ne
grauatim feramus quæ nobis obveniunt, sed
magis gaudeamus & lætemur, scientes quæ
hac potissimum ratione diuina prouidentur
fruemur, si cum gratiarum actione omnia bo-
ne meditemur. Vt omnes nos & præsentem
vitam in virtutibus transigamus, & futura
consequamur bona, concedat nobis permi-
sericordiam & gratiam suam Dominus no-
ster Iesus Christus, cui cum Patre & Spi-
ritu sancto sit gloria, imperium,
& honor in sæcula.

Amen.

COL